16

DISSERTATIO JURIDICA INAUGURALIS DE LEGITIMA LIBERORUM FRANCONICA,

Quam

DEO PRÆSIDE

EX DECRETO ET AUCTORITATE

MAGNIFICI

JCTORUM ORDINIS,

in

ILLUSTRI UNIVERSITATE NORICA,

PRO LICENTIA,

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES ET PRIVILEGIA

ritè capeſſendi,

publicæ Cenſuræ ſubmittit

Ludwig Adam Segnitz/

Suevofurto-Francus.

die 22. *Octobr.* Anno MDCCV.

Literis HENRICI MEYERI, Univerſit. Typogr.

Biblioteca Nazionale NAPOLI V. E. III

Digitized by Google

Digitized by Google

Q. D. B. V.

CAPUT I.

Rubrum explicat, ac deſcribit.

§. 1.

CUm quilibet ſit optimus verborum ſuorum interpres, id quod in cauſa eſt, cur dubiô circa legem exſurgente ad Avthenticam, de qua in *l. 9. C. de LL.* interpretationem confugiendum; quid mihi *per rubrum* Diſſertationis meæ velim, primò omnium indicabo, *deſcripturus* poſteà Legitimam Liberorum Franconicam.

Capitis hujus Membrum I.

II.

§. 2. Siſtit rubrum initiô vocem *Legitimæ*, circa quam exemplo Ulp. *in l. 1. pr. ff. de J. & J.* ut & *in l. 1. §. 1. ff. de pact.* obſervandum, quod nomen habeat à Lege. Legitima enim generaliter dicuntur omnia ea, quæ à lege quadam inſtituta ſunt, Calvin. *Lex. Jurid. voc. Legitima.* Atqui legitima non ſolùm legibus & Conſtitutionibus Principum introducta eſt *N. 89. c. 12. §. 3.* ſed & ſolâ legis providentiâ abſque voluntate Parentum debetur Gail. *L. 2. Obſ. 119. n. 3.* Quare derivatur meritò à lege, at non naturali, ut Calv. *c. l.* ſtatuit, ſed Civili. *l. 22. ff. de adopt.* Harpprecht. *ad §. f. I. de inoff. teſt. n. 2. & 35.*

Conſpicitur in rubro I. vox Legitimæ, cujus notetur 1) Etymolog.

§. 3. Adhibetur nomen Legitimæ diverſis in Jure noſtro modis: Sic datur 1) legitima Parentum, &c. tutela. 2) Legitima tam in maſculis, quàm feminis ætas. 3) Legitima ſucceſſio, v. Calv. *d. l.* Verùm hæ acceptiones non ſunt hujus loci, ſed ea, ubi pro legitima, i. e. jure definita portione liberis, parentibus & fratribus competente ſumitur.

2) Homon.

3) Synon. §. 4. Atque hoc in ſenſu in *l. 30. pr. C. de inoff. teſt.* vocatur legitima portio, & in *L. 36. §. 2. C. eod.* debitum naturale. Plura Synon. vid. apud Harprecht. *c. l. n. 1.* & Mev. *de J. Lub. p. 2. t. 1. a. 8. n. 3.* Germ. nominatur Pflichtheil / Antheil / Noth-Erbſchafft / Noth-Gebührniß. Wehn. *Obſ. Pract. ibiq. Supplem. Pr. voc.* Antheil.

II. vox Liberorum. §. 5. Occurrit quoque in rubro vocabulum *Liberorum*, quo ex duplici ratione uſus ſum. Prima eſt, ut ſignificem, me de legitima omnium deſcendentium, tam primi, quàm ulterioris gradus, acturum: nam hos quoque liberorum appellatione contineri apparet liquidò ex *l. 220. ff. de V. S. l. 10. §. 7. ff. de grad. & aff.* Altera in eo conſiſtit, quòd eorum ſolummodo, non & Parentum aut fratrum aut conjugum legitima hîc pertractabitur. Cùm enim multa de his ſingulis tam de Jure Civ. quàm Francon. dici poſſent, ſi hæc omnia in hac Diſſ. deberent tangi, in vaſtum excreſceret tractatum.

III. vox Francon. §. 6. Habetur denique in rubro verbum *Francon:* per quod nihil aliud intellectum volo, quàm de legitima liberorum talia hac in Diſſertat. conſideratum iri, quæ in Franconia obtinent, ſive illa in Jure Civ. fundata ſint, ſive in Jure & Obſervantia Francon.

De Auctoritate Ord. Prov. Franc. §. 7. Quoniam verò ſtabiliendis probandisque meis aſſertionibus Ordinationem Provincialem Franconicam, ſive Herbipol. paſſim allegabo; præcavendis ſcrupulis monendum duxi, complures Civitates, vicos, pagosque in Circulo reperiri Franconico, qui, utut Juriſdictioni Judicii Prov. Herbipol. ſubjecti neutiquam ſint, ſed alterius cujusdam ibi Principis, Comitis, aliusve Status. Imp. forum pro competenti agnoſcant; ſupra dictam tamen Ord. Prov. Herbip. quoad præcipua ejus capita, e. g. quæ de communione bonorum inter conjuges, emancipatione & unione prolium, inprimis autem, quæ de legitima liberorum ibi conſignata leguntur, dudum obſervârunt, obſervantque hodienum, cujus rei graviſſimus

teſtis

Digitized by Google

teſtis eſt *Excellentiſſimus Dominus D.* Tauber/ *JCtus conſummatiſſimus*, *& inclytæ Reip. Patriæ Conſiliarius meritiſſimus*, *Fautor meus obſervantiſſimus*, in Diſſert. Inaugur. de Jure Statutorum cap. 3. §. 23. ubi, ut & in §§. tam præcedentibus, quàm ſequentibus, exemplis pariter ac rationibus ſolidiſſimè demonſtrat, nihil inde juris in alium accedere Judicio Prov. Herbipol.

Legitimæ noſtræ Deſcriptio.

§. 8. His ita de explicatione rubri præmiſſis, ad ejus deſcriptionem juxta §. 1. me jam accingo. Legitima Liberorum Franc. eſt Jure Civ. debita & moribus Franc. determinata portio bonorum tam paternorum, quàm maternorum, liberis in certis caſibus, vid. *Cap. 4. §. 12. & ſeqq.* neceſſariò relinquenda.

An legitima ſit Juris Nat.

§. 9. Dico: Jure Civ. debita: eam enim Jure Nat. deberi non ſum mihi perſuaſus. Idem ſentit Illuſtr. Dn. Stryck. *in Caut. Teſtam. c. 17. membr. 2. §. 3.* Excell. Dn. D. Thomaſ. *in Diſſ. de Legit. non viv. c. 1. §. 4.* Perez. *ad C. de inoff. teſt. num. fin.* M. Ant. Maceraten. *var. Reſ. L. 2. Reſol. 27. n. 4.* aliique à Gail. *L. 2. O. 122. n. 6. & 9.* allegati. Diſſent. Carpz. *p. 3. C. 12. D. 5. n. 3.* Ludwell. *Exerc. 8. th. 8. lit. G.* Mynſ. *C. 5. O. 43.* Franchis. *Dec. 525. n. 5.* & quos Gail. *d. l. n. 11. citat.* Quorum rationes ſunt 1) in *l. 7. ff. de bon. damn.* dici, rationem naturalem tanquam legem quandam tacitam liberis Parentum hereditatem addicere, 2) in *l. 7. §. 1. ff. ſi tab. teſt. null. ext.* doceri, quòd naturæ ſimul & Parentum commune votum liberos ad Parentum admittat hereditatem. 3) in *L. 36. C. de inoff. teſt.* legitimam vocari debitum naturale. 4) Legitimam alimentorum loco eſſe, hæc verò ſine dubio Jure Nat. deberi.

Rationes dubit.

Rat. decidendi ex J. Nat. & Civ. deſumuntur.

§. 10. His tamen non obſtantibus, contraria ſententia mihi verior videtur, id quod ex Jure Nat. hereditatem à legitima, & hanc iterum ab alimentis diſcernendo in hoc §. demonſtratum eo, poſtmodum in §. ſequ. rationes ex Jure Civ. pro ſententia mea petitas propoſiturus. Ratio Naturalis

Quid Juris Nat. circa hereditatem.

Digitized by Google

eum ab inteſtato in *hereditate* Parentum ſuccedendi ordinem, qui cum communi hominum inclinatione & officio concordat, & præcavendis litibus aptiſſimus eſt, obſervari dictitat. Bœcler. ad Grot. *L. 2. c. 7. §. 13.* Nimirum nemo velle cenſetur bona ſua poſt mortem pro derelictis haberi, & cuivis occupanti cedere. Defuncti itaque voluntatem probabiliſſime præſumtam hoc in caſu ſequendam eſſe Ratio ſuadet Naturalis. Pufend. *J. N. & G. L. 4. c. 11. §. 1.* At verò in dubio præſumitur quemque id voluiſſe, quod naturali hominum inclinationi ſimul ac officio congruit Grot. *J. B. & P. L. 2. c. 7. §. 3.* Cum itaque regulariter quilibet ex ſe deſcendentibus & familiis ſuis omnium maximè faveat, & de facultatibus lautè ipſis proſpicere optet ſtudeatque; hinc Parentum ſine teſtamento decedentium bona liberis aſſignat Ratio Naturalis; nam utut quandoque majori quis extraneum quendam amicum, quàm liberos ſuos favore complectatur, adeoque non tam hos, quàm eum ſibi heredem eſſe voluerit; quia tamen non modò amicitia iſta, ſed & tacita vel præſumta hæc ſuccedendi voluntas probatu ſæpiſſime difficilis; liberi ad evitandas rixas amico præferuntur, pater autem ſibi imputet, quod ſuam à communi Aſcendentium in deſcendentes propenſione deviam voluntatem teſtamento declarare neglexerit. add. Puſendorf. *d. l. §. 2.* Atque hæc contrariâ Parentum diſpoſitione ceſſante obtinent. Ea verò ubi extat, heres erit, quemcunque teſtator ſcripſit. Id quod nemo etiam è Diſſent. quando ſalva liberis legitima manet, in dubium vocat. Verùm nec *legitimam* relinquendi neceſſitate eum adſtrictum eſſe ſtatuo. Sane enim ignorat Jus Natur. legitimam & formaliter & materialiter talem: Prius ipſi concedunt DD. diſſentientes, ut patet è Gail. all. *L. 2. Obſ. 122.* & Mev. *in Nucl. J. Nat. & Gent. Inſpect. 6. §. 24.* Sed nec materialiter talis Jure Nat. debetur juxta eam DD. hypotheſin, quæ queisvis liberis tam adultis, quàm aliis, in omni caſu, nî cauſæ exhereditationis adſint, è Parentum facul-

Quid circa legitimam?

facultatibus debiti Naturalis nomine relinquendum aliquid eſſe inculcat. Naturale quippe Parentum erga liberos officium, quod bonorum imprimis intuitu præſtandum eſt, in eorundem educatione abſolvitur. His itaque adultis & ſeipſos ſuſtentare valentibus, pater ad quid amplius nullo tenetur præcepto Naturali. jung. Dn. Thomaſ. *all. Diſſ. c. 3. n. 23.* ubi hoc exemplis & rationibus illuſtrat fuſius. Quod ſi liberi nondum ſint adulti, pauciores quidem, non tamen nulli caſus dantur, ubi eos abſque impietatis nota exheredare poteſt pater, e. g. ſi bona omnia uni ex cordatis ſuis amicis eâ lege reliquerit, ut educationem liberorum ſibi commendatam habeat. Id. *d.l.* Item ſi jam alia bona, forte materna, unde alimenta deſumi poſſunt, liberi poſſideant. Ut taceam patrem nonnunquam prævidere poſſe, divitias bonam indolem eorum corrupturas, promoturam eſſe paupertatem. Regulariter tamen *alimenta* liberis à Parentibus præſtanda ſunt, idque non ſaltem ex juſtitia attributrice, ut vult Grot. *L. 2. c. 7. §. 4.* ſed expletrice. Quando enim liberi ipſi ſe alere nequeunt, onus hoc incumbit Parentibus, tam à natura, quàm proprio ipſorum facto, dum liberos progenerant. Puſend. *cit. c. 11. §. 4.* hinc recte dicitur *in L. 4. ff. de agnoſc. lib.* quòd etiam is necare videatur, qui liberis alimenta denegat. Quid circa alimenta?

§. 11. Atque hæc ex dictamine rectæ rationis fluunt. Nunc ex Jure Civ. deducendum quoque eſt, legitimam Jure Nat. haud deberi. Probo illud 1.) exinde, quod in Jure Civ. ſæpius appellatur portio legitima. v. *L. 9. C. de impub. & al. ſubſt. L. 30. & ſeqq. C. de inoff. teſt.* At JCti dictionem legitimæ non iis rebus adhibent, quæ Jure Nat. præceptæ ſunt & introductæ, ſed quæ Principali providentia aliave Lege Civili demum conſtituuntur *L. 22. ff. de Adopt.* Calvin. voc. legitima. Plura dixi ſupr. 2.) quòd Lege XII. Tabb. liberrima fuit teſtandi facultas juxta illud: uti quisque legâſſet, ita jus eſto. v. *L. 120. ff. de V. S.* Atqui eo tempore Jus N. quod immuta-

Rationes decidendi ex Jure Civ. depromptæ.

mutabile ſemper permanet, *§. pen J. de J. N. G. C.* jam tum fuit, niſi poſterius quoddam Jus Nat. (quod hactenus inauditum) legitimam introduxiſſe dicas. Conf. Faber *de err. Pragmat. err. 5. Decad. 74.* 3) quod moribus demum, v. Ludwel. *in Comment. ad J. de inoff. teſt. §. fin.* querela *inoff.* conſtituta, & per *Nov. 115.* cauſæ exheredationis demum præfinitæ ſunt. Per eam enim non hoc in dubium vocabatur, an teſtator poteſtatem habuerit juſtis de cauſis in alium potiùs, quàm liberos bona transmittendi, ſed diſcutiebantur rationes, quæ defunctum moverint, quòd contra communem inclinationem aliquid ſtatuerit Puſend. *L. 4. c. 11. §. 7.* Et quod ſi legitima Juris N. eſſet, filius licet impius & ingratus, quæ Naturâ eſſent, non poſſet amittere. Amittit autem, cùm recte exhereda-tur Perez. *ad C. d. inoff. teſt. n. ult.* 4.) quod ſi à natura introducta hæc portio eſſet, quomodo Parentibus adoptivis in *L. 30. ff. de inoff. teſt.* & filio arrogato, conf. Dn. Stryk. *C. T. c. 17. m. 1. §. 13.* deberetur? Dn. Thomaſ. *in all. Diſſ. c. 3. §. 24.* 5.) Jure Civ. miles liberis legitimam haud debet. v. *L. 24. C. de inoff. teſt.* quod Jus Civ. permittere non potuiſſet, ſi Legitima eſſet Juris Nat. cùm & milites hujus præceptis ſint obnoxii Dn. Stryk. *d. c. m. 2. §. 3.* Perez. *all. loc.* 6.) Textus Jur. Civ. de paternis ſolùm, non & maternis bonis legitimam ſolvendam dicunt: Feminas enim non habere heredes ſuos *L. 4. ff. de bon. poſſ. contra tabb.* Verùm ſi J. N. legitimam præciperet, è maternis, utique etiam præſtanda foret Dn. Thomaſ. *d. l. §. 25.*

Reſpond. ad rat. dubit. primam.

§. 12. Rationes Dubit. quantum attinet, ad 1.) Reſpond. (1.) ibi de tota hereditate ſermo eſt. Ergo juxta diſſent. vi textus tota hereditas Jure N. deberetur, & conſequenter Jus Civ. contra Jus Nat. certam ejus portionem liberis aſſignâsſet, quod nemo facile affirmabit. (2.) Diſt. inter id, quod ratio naturalis, qua de iſte textus, & quod Jus Nat. addicit liberis. Quicquid enim Jus Nat. alicui tribuit, id auferri nequit,

Digitized by Google

quit, quia Jus N. immutabile. Secus quod illa: cùm tantùm propter naturalem cauſam atque ordinem tale quid fiat, Perez. *all. l.* Nimirum dicuntur naturalia ſeu ratione naturali debita, non quòd diſerto quodam J. N. præcepto ita ſint definita, ut aliter de iis diſponi nequeat; ſed quia eadem rationi naturali quàm maximè congruunt, & ad lites præſcindendas expeditiſſima videntur, ubi expreſſa defuncti voluntas aut Lex Civ. defecerit Puf. *all. c. 11. §. 18.* Contrà ſi legitima vel juxta textum hereditas Jure Nat. non verò ratione naturali competeret, eâ liberi privari nullo poſſent modo, cùm jura naturalia ullâ juris arte vel civili ratione corrumpi nequeant, *L. 8. ff. de cap. min.* (3.) Textum de ſuis tantùm loqui heredibus. Quodſi verò Juris Nat. legitima vel hereditas eſſet, ea non ſuis modò, ſed emancipatis etiam deberetur, cùm diverſitas iſta liberorum Juri Nat. incognita, Lege XII. Tabb. demum invaluerit. Sicut & tempore ſatis longo obſervata, poſtmodum iterum abrogata eſt, Juri quippe Nat. contrariari viſa. Fr. Hotomannus *in Anti Triboniano Cap. 6.* Ad 2) Reſpond. (1.) in all. textu iterum non legitimæ, ſed hereditatis mentio fit. Quare antea dicta huc applicari poſſunt. (2.) Aliud eſt, naturæ & Parentum voto ad hereditatem admitti, aliud Jure Naturæ. Priori caſu ea pertinet ad liberos ob naturalem cauſam atque ordinem, vid. præced. itemque ob ordinariam Parentum inclinationem & prout *in L. 15. pr. ff. de inoff.* phraſis, votum commune, explicatur, charitatem naturalem erga liberos, non verò ob neceſſitatem Jure Nat. introductam: quòd vel inde liquidò apparet, quòd nec naturâ nec Parentum votô indigerent liberi, ſi ipſo Jure Nat eoque immutabili legitimam conſequerentur. conf. Dn. Thom. *ſæpe all. l. §. 25.* Ad 3) Reſp. (1.) quòd in Conſtit. Imperatorum, præſertim Chriſtianorum, verborum nihil tribuendum ſit proprietati, ac minus cautè veritas in ea quæratur. cùm in promulgatione Legum nitidis verborum floſculis, quod Po-

Reſpond ad rat. dub. ſecundam.

Reſp. ad rat. dub. tertiam.

Digitized by Google

litici aliàs diſſuadent, tum temporis uti volupe fuerit. Idem *c. l. §. 25.* quodque adeo (2.) ſub debito naturali non id, quod mutationis neſcio Jure Nat. ſed quod ratione naturali, v. ſup. alicui debetur, ſubintelligendum veniat: Aut ſi Imperatorem Jure N. debitam portionem verbis iſtis indicâſſe contendas, quòd (3.) invitis principiis Juris Nat. imo & contra ſenſum Legum multò antiquiorum factum illud ſit. Dn. Stryk. *all. m. 2. §. 3.* quodque demum (4.) ab hac prætenſa, nondum tamen conceſſa Imperatoris opinione ſalvâ ipſarum Legum, quà talium, auctoritate recedi poſſit. Neque enim pro legibus habenda ſunt principia & axiomata Ethica & Politica &c. in Jure Romano repetita, ſed eorum explicatio, vel in dubium vocatio cuilibet licita eſt. Dn. Thomaſ. *in delineat. hiſtor. Jur. Rom. & Germ. §. 184.* Ad 4) Reſpond. legitimam & alimenta v. *§. 10.* valde à ſe invicem diſcrepare, adeoque ab his ad illam neutiquam ſemper valere conſequentiam, qua de re plura ap. Dn. Stryk. *in Tr. de ſucc. ab Int. diſſ. 1. c. 1. §. 10. & ſeqq.*

Reſp. ad. rat. dub. quartam.

An legitima Statuto tolli poſſit?

§. 13. Facili ex dictis poteſt colligi negotio, quæ de celebri hac quæſtione: num Legitima Statuto & minui & tolli queat? mea ſit ſententia. Videlicet, ut brevis ſim, non minui duntaxat, ut vult Mev. *J. Lub. p. 2. t. 1. a. 8. n. 8.* Franchiſ. *Deciſ. 618. n. 3.* & quos *§. 9.* inter Diſſent. retuli, ſed tolli etiam poteſt. Idem tenet Dn. Stryk. *in Tr. de S. ab J. Diſſ. 1. c. 1. §. 13.* Knipſch. *de Nobil. c. 12. n. 131.* Bart. *in L. Titio. §. f. ff. de condit. & demonſt.* aliique ſupra *d. §. 9.* ut conſent. allegati, modò alimenta liberis indigentibus ſalva ſint, Dn. Stryk. *in Annotation. ad Laut. tit. de Inoff. verb. ſtatuto.* Multo magis id valet ſtatutum, quod ob rationabilem cauſam, ad conſervandam utputa familiam, & agnationem, legitimam tollit, Macerat. *Lib. 2. Reſp. 27. n. 4.* quale eſt, quo feminæ acceptâ dote excluduntur à ſucceſſione Parentum Knipſch. *all. n. 131.* quod & ipſe Gail. *Lib. 11. O. 122. n. 12. & 13.* approbat.

§. 14. Di-

Digitized by Google

§. 14. Dictum porro eſt in definit. conf. §. 8. quòd ſit *portio bonorum*, conſent. Dn. Schilter. *Exerc. ad ff. 14. th. 47.* Carpz. *p. 3. C. 12. D. 10.* Amendola ad Franchiſ. *Dec. 133. n. 3.* Wehn. *Conſ. Francon. 107. n. 4.* Gail. *2. O. 119. n. 12.* quam ſententiam magis communem & veriorem eſſe ait Merlin. *de Legit. L. 1. t. 1. qu. 2. n 1. & 4.* Priusquam verò rationes ſubnectam, generalia quædam de dictione Legitimæ & Hereditatis præmittenda duxi.

Legitima eſt portio bonorum. Probatur 1) auctorit. 2) Rationibus, de quibus in §. 16.

§. 15. Legitimam in *ſtrictiori* ſuo ſignificatu & quà talem heic accipio, quatenus videlicet quis in ſola legitima ſive indeterminatè ſive determinatè, ut ſi certa res legitimæ nomine aſſignata, inſtitutus eſt, adeo, ut præter legitimam nihil amplius capiat. Quare ii caſus huc non pertinent, ubi quis vel hæres univerſalis relictus, vel in majori portione, quàm legitima inſtitutus fuit. In his enim & ſimilibus caſibus nec ratio nec quæſtio habenda eſt legitimæ, conf. Merlin. *L. 2. t. 1. qu. 2. n. 22.* Vocabulum *hæreditatis* variè ſumitur. *Proprie* & formaliter fictionem juris denotat, add. Faber *in Ration. ad tit. ff. de hered. pet.* & Carpz. *p. 3. C. 21. def. 6. n. 8.* & eſt jus ſeu res in jure conſiſtens, quæ reſpectu defuncti conſiderata, eum & facultatem, quam ipſe in rebus relictis habebat, repræſentat, ſucceſſori autem tribuit illam facultatem univerſam in rebus univerſis B. Dn. Agnat. meus Struv. *Ex. 10. th. 44.* adeoque differt ab univerſitate rerum hereditariarum, à ſucceſſione & à jure ſuccedendi: namque univerſitas rerum hæreditariarum, ſive, ut in *L. 16. §. 4. ff. de her. pet.* vocatur, hæreditas eſt objectum acquiſitionis, & res, de qua acquirenda agitur: Succeſſio eſt modus per quam illa acquiritur: Jus ſuccedendi eſt jus, quo delata acquiri & retineri poteſt Vinn. *in Comm. ad J. de reb. corp. & incorp. n. 4.* *Impropriè* tamen ſucceſſio ſeu modus acquirendi vocatur etiam hæreditas in *L. 24. ff. de V. S. & L. 62. de R.* Porro *impropriè* in *L. 16. §. 4. ff. de her. pet. & L. 2. ff. de Fam. Erc.* hereditatis nomine venit univerſitas rerum hæ-

Legit. hic accipitur in ſenſu preſſo.

Vocis hæredit. Homonymia.

Digitized by Google

reditariarum. Atque tum iterum dupliciter accipitur vel pro *quibuscunque rebus*, *quæ tempore* mortis apud defunctum extiterunt, licet ejus non fuerint, ut depoſitæ, commodatæ. vid. Franz. *ad tit. de hered. pet. n. 18. & ſeqq.* vel *pro iis*, quæ deductis legatis & ære alieno ſuperſunt. Carpz. *3. C. 20. D. 31.*

Probatur (2) rationibus, conf. ſup. §. 14. §. 16. Rationes, quamobrem legitimam pro quota bonorum, non verò hereditatis, habeam, mihi hæ ſunt.

Ratio 1. I.) Hæreditas *propriè* & formaliter accepta defuncti locum obtinet. *L. 31. ff. de her. inſt.* & cum herede unius vice fungitur, efficitque, ut heres, ceu una cum defuncto perſona, v. *N. 48. in præfat.* factum defuncti implere teneatur *L. 14. C. de Rei Vind.* Dn. Stryk. *C. Teſt. c. 21. m. 2. §. 14.* etiamſi quæſtio ſit de Feudo. *2. F. 45.* Itter. *de Feud. Imp. c. 25. §. 13.* Contrà legitimam capiens non eſt obſtrictus ad ſervandam v. g. conditionem à teſtatore legitimæ adjectam. Gail. *L. 2. O. 119.* Ex his apparet, Legitimam non eſſe quotam hereditatis propriè talis; ſed idem quoque de *impropriè* tali ſtatuendum, *ſive* ſermo ſit de ea, quæ deductis legatis & ære alieno ſupereſt, cùm aliàs legitima legatis minueretur, quod tamen adeo falſum, ut eam nec legata ad pias cauſas extenuent Dn. Stryk. *C. Teſt. c. 17. m. 2. §. 7.* Merlin. *L. 2. t. 1. qu. 10.* Gail. *2. O. 119.* *ſive* de ea, quæ omnes res, licet alienas, apud defunctum repertas complectitur, cùm haud quicquam de alterius cujusdam, quàm defuncti rebus legitima ſit deducenda *L. 29. & 36. pr. C. de inoff. teſt.*

Ratio 2. II.) E diverſo in *L. 6. C. de inoff.* legitima expreſſè appellatur *quarta pars bonorum*: nec Obſt. quòd quarta hodie non amplius ſit legitima; hæc enim tantùm in quantitate, non & qualitate eſt mutata. *N. 18. c. 2.* Sichard. *ad d. l. 6. C. de inoff.*

Ratio 3. III.) Legitima non debetur *niſi deducto* ære alieno *L. Papin. 8. §. 9. ff. de inoff.* Atqui bona dicuntur ea, quæ ſuperſunt detracto ære alieno *L. 39. §. 1. ff. de V. S.* Gail. *l. 2. O. 119.* Hæreditas autem jam hac appellatione gaudet ante iſtam detractionem.

Ratio 4. IV.) Jure Francon. Legitima relinqui poteſt quovis titulo *particu-*

ticulari, vid. Ord. Prov. Franc. *t. 48. §. 3.* hinc corruit argumentum DD. quòd legitima ideo ſit pars hereditatis, quia per *Nov. 115. c. 3.* non niſi inſtitutionis titulo aſſignari queat. V.) per idem Jus Fr. *à vivis* quandoque Parentibus peti poteſt legitima O. P. F. *t. 31.* vid. *inf. c. 4.* At viventis non eſt hereditas *L. 1. ff. de hered. vend.* E. nec in iis caſibus, ubi Parentes adhuc vivi debent legitimam, hanc ut hereditatis, ſed bonorum portionem capiunt liberi. VI.) Quando filius mortuo patre petit legitimam, hæc computatur juxta quantitatem bonorum *tempore mortis* exiſtentium: Augmentum verò & decrementum hereditatis heredi ſoli, lucro vel damno cedit. Mev. *J. Lub. p. 2 tit. 1. art. 8. n. 16.* Ergo ſequitur, legitimam bonorum, non hereditatis portionem eſſe, cùm alioquin & hæc poſt mortem Patris & augeretur & diminueretur. conf. Natta *Conſil. 156. n. 8.* VII.) Jure Francon. legitima *expreſſe* vocatur bonorum portio, ſive duæ tertiæ, ut patet ex O. P. F. *t. 29. §. 1.* verbis: Den zweyten Theil aller Haab und Güter. Quæ ratio vel ſola ſufficit ad adſtruendum, bonorum quotam eſſe Franconum Legitimam. Ratio 5. Ratio 6. Ratio 7.

§. 17. Nunc diſſentientium, quorum magnam metere meſſem licet, argumenta recenſere pariter ac deſtruere deberem; Id verò cum ſub rat. decid. partim factum, partim verò Capitis hujus limitem nimiùm protenderet; ad §. ult. progredior. Vid. interim *Dn. Schilter, J. V. D. & Advoc. Ord. in Supr. Cur. Prov. Lipſ. celeberrimus, Fautor meus æſtumatiſſimus* in Diſſ. Inaug. *de Leg. cum quarta comput.* ubi de rationibus tam dubitandi, quàm decidendi latè profundeque agit. De diſſent. vid. Dn. D. Schilter.

§. 18. In definitione ſupra §. 8. data nonnulla quidem adhuc explicanda reſtant. Verùm melior ad id in ſeqq. Cap. apparebit occaſio. Claudens itaque Caput primum, ſecundum aggredior, ubi, cùm de Cauſa Effic: Legitimæ noſtræ partim in §. 7. partim in §. 9. & ſeqq. actum jamjam ſit, Subjectum enucleabo. Tranſitio.

Digitized by Google

Cap. II.

Subjectum tradit.

§. 1.

Regula gener.

CIrca perſonas, quibus Jure Civ. Legitima competit, notanda hæc eſt generalis regula, quòd omnibus iis, quibus querela inofficioſi teſtamenti & Succeſſio ab Inteſt. competat, legitima debeatur. Chiflet. *de Legit. c. 9.*

Limit.

§. 2. At enim cùm ex inſpectione rubri Diſſert. & §. 5. Cap. 1. luculenter conſtet, me de liberorum duntaxat, non & Parentum aut fratrum Conjugumve portione legitima verba heic facturum eſſe; hinc prædictam regulam de liberis ſolùm acceptam volo.

Diviſio Liber.

§. 3. Singulos quod attinet liberos, hos ſequenti ordine recenſebo: Liberi vel ſunt maſculi vel fœminæ, de Hermaphroditis vid. *L. 10. de Stat. Hom.* Utriusque generis vel primi gradus vel ulterioris. Singuli vel ſunt legitimi vel illegitimi: Legitimi vel ab ipſa nativitate tales, vel ex poſtfacto. Iſti vel ſunt ſui, vel emancipati. Sui vel nati, vel naſcituri. Legitimi ex poſtfacto ſunt vel legitimati vel adoptati. Illegitimi ſunt vel naturales, vel ſpurii, vel inceſtuoſi.

Legitima debetur 1) maſculis & fœminis.

§. 4. Olim fœminas non æque ac maſculos Parentibus ſucceſſiſſe, ex ipſa præfat. *N. 118.* apparet. Quod cùm poſtea correctum ſit, hodie fœminis non minus, quàm maſculis legitima venit præſtanda ſuffragante ubivis fori obſervantia. Paſſim tamen inter Principes non ſolùm & Comites, ſed Nobiles etiam in Germania, inprimis quoque in Franconia (v. Wehn. Conſil. Fr. *Conſil. 42.* in Facti Spec. ſtatim ab initio & verſ. Soll nun dieſe Frag / ubi rationes addit) receptum eſt, ut filiæ acceptâ dote congruâ, hereditati Parentum jurato renunciare teneantur. Quo caſu neque filiabus neque deſcendentibus earum ſive fœminini ſive maſculini ſexus, conf. Knipſchilt. *de*

Limit.

Nobil.

Digitized by Google

Nobil. c. 12. n. 206. & 207. legitima debetur. Ratio eſt, quòd dos ſuccedat loco legitimæ, & per quandam anticipationem legitimam ſubintret, querelamque tollat Id. *d. c. §. 98.* add. Gail. *L. 2. O. 122. n. 13.* Accedit, quod J. Civ. legitima ſit portio ejus, in qua quis ſucceſſurus eſt ab inteſtato per *L. 8. §. 6. ff. & l. 8. C. de inoff.* Cùm igitur filia renuncians à ſucceſſione ab inteſt. excludatur, hinc arcenda etiam eſt à legitima, quippe quæ nonniſi ſucceſſori & heredi ab inteſtato relinqui debet Knipſchild. *d. l. n. 128.* ſiquidem communiori interpretum calculo receptum, eum, qui ab hereditate excluditur, etiam à legitima repelli. Id. *n. 129.* & Mev. *Jus Lub. p. 2. t. 1. a. 8. n. 16.*

§. 5. Legitimam petere poſſunt tam prioris *L. 15. C. de inoff.* & paſſim, quàm poſterioris gradus liberi, tum quòd ſub nomine liberorum veniant *L. liber. ff. de V. S.* tum quòd in defuncti locum ſuccedant *Nov. 118. c. 1.* Idem de J. Franc. *per O. P. F. t. 30. & ſeqq.* Ob Kinder Dichtern und Urdichtern. Filius tamen à ſuperſtite patre excluditur ab hereditate avi, cùm graduum proximitas attendatur. Quodſi verò nepos, cum patris prædefuncti fratribus in ſucceſſione avi concurrat, tum Jus repræſentationis obtinet & in ſtirpes ſucceditur all. *N. 118. c. 1.* & Ord. P. Fr. *tit. 79. §. 1.* Atque hoc & tunc ſe ita habet, quando nepotes ex diverſis filiis ſoli adſunt *c. tit. 79. §. 3.* Aliter diſpoſitum in Ref. Nor. *p. 3. tit. 29. l. 3.* Ubi hoc in caſu nepotes in capita ſuccedere dicuntur. Cæterum filiô legitimè exheredatô, nepotibus legitimam competere negat Harpprecht. *in §. 1. J. de inoff. n. 6.* affirmat Tuſch. *in pract. concluſ. 182. n. 5. lit. L.* Bene tamen eam deberi nepoti, cujus pater patris ſui hereditatem repudiavit, itemque quando nepotis avus concubinam poſt mortem filii ex ea ſuſcepti matrimonio ſibi jungit, docet Dominus Stryck. *in caut. teſt. c. 17. m. 1. §. 7.* Sed quid de nepotibus ex juſto & legitimo matrimonio procreatis à filio illegitimo? Reſp. de Jure Civ. avo ſuccedere ne-

2) tam prioris, quàm poſter. gradus.

Digitized by Google

nequeunt ab inteſtato per *l. ſ. C. de nat. lib.* Verùm Jure Franc. tales nepotes non tantùm parentibus primi, ſed & ulterioris gradus ab inteſtato ſuccedunt, non ſecus atque illi, quorum pater fuit avi filius naturalis & legitimus ſimul vid. O. F. P. *t. 82. §. 2.* Ergo etiam legitimam habere debent ob regulam §. 1. datam.

3) legitimis & natural.

§. 6. Liberis ab ipſa nativitate legitimis (vocantur aliàs legitimi & naturales ſimul) iisque ſuis & jam natis legitimam dandam eſſe extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt, cùm tam *Nov. 118.* quàm & alii textus primariò de iis loquantur v. Franz. *ad t. ff. de inoff. n. 17.* Etiamſi jam aliunde bona habeant Cynus *in l. ſancimus C. de nupt.* Kellenbenß *de renunc. ſucc. quæſt. 38. n. 15.* aut legitimam Deo dare velit pater: verba ſunt Gail. *in L. 2. O. 119. §. 4.*

4) poſthumis.

§. 7. Certum quoque eſt ex *§. 2. J. de inoff.* ad legitimam poſſe agere poſthumos, modò legitimo tempore, ad ſummum videl. initio XI. menſis Zachias *Qu. Med. Leg. L. 1. t. 2 qu. 6.* nec monſtroſi, Ill. Dn. Stryck. *all. m. 1. §. 5.* & Mev. *de J. L. p. 1. t. 5. a. 7. n. 15.* nati ſint, neque in ipſo partu aut utero deceſſerint Carpzov. *p. 3. C. 17. def. 17.* licet nondum perfecti & & ſexto v. g. menſe fuerint editi Id. *def. 18.* aut in manibus obſtetricis obierint Id. *def. 19.* vel ex utero fuerint exſecti Mev. *d. l. n. 18.* Dn. Stryck. *c. l.*

5) emancipatis.

§. 8. Jure Veteri emancipatis haud debebatur legitima *§. emanc. J. de exher. lib.* ſecus Jure Nov. *per Nov. 118. c. 1.* In Francia Orient. diſt: inter modos emancipationis. Ibi, ut & in aliis ditionibus, conf. Carpzov. *p. 2. C. 10. D. 1. & 2.* Klock. *Tom II. C. 65. n. 9. ad 15.* pro emancipatis & è patria poteſtate dimiſſis habentur liberi 1) ſemotam à patre familiam & œconomiam inſtituentes: 2) per matrimonium à menſa (quod jure Sax. in filiabus non requiritur Carpz *cit D. 1.*) paterna ſeparati: 3) legitimam ſuam factâ à Parentibus bonorum diviſione recipientes O. P. F. *t. 39. §. 13. & art. 36. §. 2.* jung.

Excell.

Excell. Dn. D. & Conſil. **Tauber** *Diſſ. Inaug. c. 3. §. 37.* Demerad. *faſcic. Diſſ. J. C. & Fr. p. 2. diſſ. 4. n. 5.* Duo priores modi legitimam liberis non adimunt, bene poſterior O. P F. *t. 76. §. 2.* in tantum, ut Parentes poſt factam diviſionem amplam hereditatem conſecuti, de ea, utut avita, nihil amplius relinquere teneantur liberis per receptionem legitimæ antea emancipatis *cit. tit. §. 3.* niſi 1) Parentes ſine teſtamento & liberis indiviſis moriantur: hoc enim caſu iis liberi utut diviſi utique ab inteſtato ſuccedunt *ibid. §. 1. & 2.* 2) niſi legitimam ſuam unus vel alter liberorum ad communem Parentum maſſam & ſubſtantiam iterum contulerit, id quod Germ. vocatur Wieder einſchoſſen/ O.P.F. *t. 78.* item Einwerffen. Beſold. *voc:* Einwerffen. porro Einbringen. Wehner. *v.* Einbringen. Tales namque liberi Parentibus ab inteſtato ſuccedunt, & ſi qui adſunt, emancipatos excludunt *d. t. 78.* non ſecus ac ſi nunquam ante collationem iſtam ſeparati fuiſſent *t. 35. §. 2.* Fieri tamen debet hæc collatio, liberorum eorumque tutorum vel cognatorum conſenſu & conſilio *c. tit. § 1.* accedente inſuper cauſæ cognitione *tit. 78. in fin.* jung. *Excell. Dn. D. & Conſil.* **Tauber** *§. 48.*

non tamen diviſis.

limit. 1.

2.

§. 9. Tantum de liberis ab ipſa nativitate legitimis. Priusquam verò ad legitimos ex poſtfacto progrediar, quæſtiones quaſdam generales, & quæ omnibus iſtis legitimis, imo ex parte etiam reliquis adplicari queunt, examinare placet. Et quæritur quidem 1) num filiis, ut vocari ſolent, appanagiatis legitima ſit ſolvenda? Neminem quippe latet, Principes inter & Nobiles Imp. in ditionibus J. pleriſque, de quo Itter. *de Feud. J. c. 12. §. 5.* jus vigere primogenituræ, quod cùm primogenitis territorium cum omnibus ſuis tum juribus tum acceſſionibus, quas recenſet Dn. Coccej. *in Prud. J. Publ. c. 27. §. 20. & ſeqq.* attribuat; quid ſecundo & ultra genitis præſtandum ſit, diſquiritur? ℞. Primogeniti ejusque ſucceſſores è bonis domanii pro dignitate familiæ annuam ipſis aſſignare

6) at non appanagatis.

debent

debent proviſionem, quæ vocatur appanagium vid. Springsfeld. *de Appanag. c. 7.* Atque hoc accipiunt non ut *legitimam*, ſed ut alimenta Myler. *de Stat. J. c. 22. §. 5.* & quidem absque Jurisdictione territor. ſi forte in pago illud conſiſtat, niſi expreſſe ea aut quædam partes ejus conceſſæ ſint Springsfeld. *c. 11.* Debetur ſolis deſcendentibus, non collateralibus Id. *d. l.* filiabus verò dos ſubminiſtranda Myler. *d. c. §. 7.* nec in appanagio iterum locus eſt juri primogenituræ Id. *§. 6.*

7) nec liberis morganaticis. §. 10. Sed quid de liberis ex matrimonio ad morganaticam contracto ſuſceptis? ℞. communiter pactis cavetur, quod nec in feudis, nec in allodiis ſuccedere, v. B. D. Agnat. m. Struv. S. J. F. *c. 9. a. 5. n. 9.* itemque inſignibus paternæ familiæ abſtinere & certa bonorum parte, pro ſuſtentatione, non verò legitimæ nomine, pactis conventa contenti eſſe debeant, Myler. *Gamalog. Princ. c. 6. §. 1.* Nec obſtat, quod ex matrimonio vero, de quo ut & fine ejus ac cauſa impulſiva confer. Pufend. *L. 6. J. N. G. c. 1. §. fin.* prognati ſint & conſequenter ejusdem ac reliqui liberi conditionis eſſe videantur, nam dignitas non minus, quàm ſucceſſio efficaciam ſuam accepit à Jure Civ. quod per mores teſte praxi poteſt corrigi. add. Hug. Grot. *de J. B. & P. L. 2. c. 7. §. 9.* Salmuth. *de matr. Princ. cum virg. nob. qu. 2. p. 152.* De cætero non dubium eſt, quin pater ultra portionem conventam ipſis quid relinquere poſſit ex iis bonis, quæ teſtamento alienari queunt. Dn. Stryk. *Ex. J. F. c. 7. q. 5.*

8) bene tamen furioſis. §. 11. Quæſtio quoque incidit, num liberis furioſis, dementibus & mente captis legitima ſit relinquenda? Et ℞. aff. *per L. 9. C. de inoff.* Poſſe tamen patrem etiam furioſi liberos, ceu nepotes ſuos inſtituere, ipſum verò furioſum bona mente exheredare relicto, nomine alimentorum, legato quodam refert Idem C. T. *c. 17. m. 1. §. 17.*

9) & legitimatis. §. 12. Romanis tres modi legitimationis erant: 1) per matrimonium, 2) per Reſcriptum Principis, 3) per oblatio-

nem

nem Curiæ. Verùm ultimus hodie non eſt in uſu B. Dn. Agn. meus Struv. *Ex. 3. theſ. 56.* Legitimatis per matrimonium legitima eâdem neceſſitate relinquenda eſt, quàm legitimis & naturalibus ſimul, per *O. P. F. t. 81.* Dec. *Conſ. 343. n. 2. circa fin.* Wehn. *Conſ. 62. n. 3.* Weſembec. *p. 2. C. 92. n. 7.* his enim per omnia æquiparantur *Nov. 89. c. 8.* & pro verè legitimis habentur *d. tit. 81.* add. Mynſ. *C. 3. O. 26. n. 9.* cùm matrimonium ſubſequens purget omne vitium antecedens, Gail. *L. 2. O. 141. n. 2.* hinc in feudis etiam ſuccedunt Id. *d. l.* Carpzov. *3. 28. 17.* confer. Lauterb. *Comp. tit. de his, qui ſint ſui vel al. jur.* ubi plures effectus recenſentur. Legitima quoque denegari nequit Legitimatis per Reſcr. Principis Dn. Stryck. *C. T. c. 17. m. 1. §. 6.* Perez. *ad C. de inoff. n. 6.* licet poſt eorum legitimationem legitimi & naturales ſuperveniant, Jaſon. poſt Bart. & Bald. *in L. ex facto ff. de vulg. & pup. ſubſtit.* niſi addita ſit clauſula, ne legitimi ſint quoad ſucceſſionem, & ut tabulas teſtamenti impugnare nequeant Perez. *d. l.* & Gail. *L. 2. O. 142. n. 6.* Exemplum ejuſmodi Reſcripti commemorat Wehner. *Conſ. 62. n. 5.* Quodſi ante eorum legitimationem jam extiterint legitimi & naturales, diſtingu. utrum pater eorum mentionem fecerit in libello ſupplici, an non: priori caſu legitimatio ſubſiſtit & jus ad legitimam tribuit ob clauſulam: Non obſtante &c. additam à Principe. Comiti verò Palatino id non licet, niſi expreſsè privilegio inſertum: Poſteriori caſu Reſcriptum Principis cenſetur ſub- & obreptitium Gail. *cit. l. n. 7. & ſeqq.*

§. 13. *Adoptatis* legitima non datur *L. 10. C. de adopt.* ibique Brunnem. conf. Angel. *in Deciſ. Rotæ Rom. 167. n. 1.* ſed hoc ita, ſi ab extraneo quis adoptatus fuerit: ſecus ſi ab aſcendente per *N. 118.* Angel. *d. l. n. 3.* Chiflet. *de Legit. c. 9.* ſicut etiam *arrogati* eam poſſunt petere Lauterb. *in Compend. tit. de Inoffic.* 10) nec non plenè adoptatis & arrogat.

Digitized by Google

11) quin & unitis. §. 14. In Franconia legitima quoque ſuppeditanda liberis *unitis*, O. P. Fr. *tit. 30. & 31. §. 3.* de quibus, cùm unio prolium adoptioni admodum ſit ſimilis, Rick. *de unione prol. c. 9. n. 1.* recte nunc agitur. *Deſcribitur* autem, quod ſit pactum inter parentes eorumque ex diverſo matrimonio utrinque ſuſceptos & ſuſcipiendos liberos præſuppoſitô filiationis jure de mutua invicem ſucceſſione coram ordinario loci Magiſtratu cum cauſæ cognitione adhibitis iis, quorum intereſt, & actis intervenientibus rite recteque initium Wehn. *voc.* Einkindſchafft. eſtque moribus fere ubivis in Germania recepta, vid. *Jus Provinc. Würtemb. p. 3. tit. 9. Ref. Francof. p. 3. tit. 10. Ord. Prov. Francon. tit. 108. §. 1.* add. Gail. *L. 2. Obſ. 125.* Rick. *in all. tr.*

Quid ſit unio prol.

Ejus Cauſa Impulſ. §. 15. Cauſa ejus *impulſiva* potiſſimum in eo conſiſtit, quòd conjuges poſt mortem alterutrius ad ſecundas nuptias tranſituri illibenter cum liberis ſuis dividant, & cùm tamen in *O. P. Fr. tit. 31. §. 3.* ad id adſtringantur, propterea viduitatem retinere malint, neque tamen in ea ſe continere queant. Deìn quòd liberi impuberes ex legitima nonnunquam ſalvâ ſubſtantiâ educari nequeant, itemque quòd negligentiâ ſæpe Tutorum ea vel pereat, vel quoad maximam partem minuatur, vid. omn. Demeradt. *Faſc. diff. Jur. Civ. & Franc. p. 4. diff. 6. n. 8. & ſeqq.*

Diviſio. §. 16. *Tribus* autem modis ſecundum Jus Franc. conſtituitur: 1) in contractu nuptiali, vel ante eum per pacta e. g. dotalia 2) ſtante matrimonio aliis inter Parentes liberorumque cognatos conventionibus. 3) Coram Judicio competenti *O. P. F. tit. 108. §. 3.*

Forma. §. 17. Singulis modis peculiares *formæ* ſunt, quas hîc diſtinctè exponere brevitatis ſtudio omitto. conf. *O. P. F. tit. 109. 110. & 111.* Communiter tamen & in quavis, vid. Demeradt. *all. l. n. 38.* requiritur I. ut Tutores vel Curatores itemque conſanguinei vel amici ſpectatæ fidei, iisve deficientibus alii viri probi

probi adhibeantur *c. tit. 109. §. 1.* Wehn. *Conſ. 66. n. 1.* Rick. *cap. 6. n. 8.* II. ut judex hos juramento vel pro conditione perſonarum per conſcientiam ſuam jubeat ſalutem liberorum hac in re reſpicere: *d. tit. §. 2.* Rick. *all. c. n. 17. & 25.* III. ut liberorum conſenſus accedat O. P. F. *tit. 111. §. 12.* conf. omn. *Exc. Dn. D. & Conſ.* Tauber *c. 3. §. 45.* IV. ut in Parentum æque ac liberorum facultates, quoeſtum, vitam & ſimilia inquiratur. *d. tit. 109. §. 1. 2. & fin.* Wehner. *all. loc.* V. ut pactum inſcripturam redigatur & apud acta inſinuetur *c. tit. §. 3.* Rick. *d. c. n. 30.* VI. ut Decretum Judicis interponatur *d. §. 3.* Wehner. *all. l.* & Rick. *n. 43.* Singula hæc requiſita accuratè examinavit *Exc. Dn. D. & Conſ.* Tauber *all. §. 43.* & Rick. *per totum cap. 6.*

§. 18. Unio non eſt niſi *plurium* perſonarum Rick. *c. 7. n. 120.* Eam inire poſſunt, qui matrimonium inter ſe contrahere valent Rick. *c. 4. n. 1.* etiam effœti, modò ambo ex priori matrimonio liberos habeant. Id. *d. c. n. 27.* Uniuntur illâ non ſolùm liberi Parentibus, verùm etiam hi illis O. *P. F. tit. 118. §. 1.* Rick. *c. 6. n. 46.* item avus & avia, ſi expreſſè in id conſentiant O. *P. F. t. 119. §. 2. 3. & 10.* add. Demer. *p. 4. diff. 6. n. 49. & ſeqq.* Iſtâ tamen non poſſunt recipi Parentes futuri O. *P. F. tit. 112.* benè verò liberi ulterioris gradus, e. g. ſi filii ſint ante diem defuncti Rick. *d. l. n. 45. & 122.* itemque naturales Id. *c. 4. n. 11.* ſi nulli legitimi & naturales ſimul patri unito fuerint Id. *n. 8.* Ceterum unitos liberos in Statutis de filiis loquentibus non comprehendi putat Knipſch. *de Fideicom. c. 8. n. 439.* ſicut nec ad Collaterales unio extenditur O. *P. F. tit. 119. §. 11.* Demer. *d. l. n. 46.* Eſt enim ſtricti juris Wehn. *Conſ. Fr. 69. n. 6.* Subject.

§. 19. Unio regulariter fit de ſucceſſione in *omnia* unitorum bona, ſive ad Parentes eosque tam naturales, quàm fictitios pertinuerint, ſive ad eorum liberos. O. *P. F. tit. 77. §. 1. & tit. 119. §. 13.* Salva tamen manent cuique filio bona ſua caſtrenſia & quaſi talia Rick. *c. 5. §. 4. & ſeqq.* itemque præci- Object.

 puum

puum. G. der Voraus / de quo *in cap. ſequ.* Plura vid. ap. Rick. *d. c. 5. per tot.*

Eff.A. §. 20. Unione prolium vitricus & noverca pro *veris* naturalibus & legitimis Parentibus & privigni vel privignæ pro veris naturalibus & legitimis liberis habentur *O. P. F. t. 118. §. 1.* Præcipuus autem effectus eſt, quòd Parentum æque ac liberorum bona undecunque venientia *confundantur* & communia fiant *tit. 39. §. 25. & tit. 96. §. 5.* & quod in bona filiorum improlium ſoli Parentes *tit. 118. §. 3.* & in bona Parentum ſoli liberi ab inteſtato ſuccedant ex aſſe *Ibid. §. 4.* Teſtamento autem condito aut unione ſolutâ, vel diviſione bonorum ex aliis rationibus *in d. tit. §. 5. & t. 31.* expreſſis obtinente liberis duæ tertiæ, Parentibus autem una tertia bonorum legitimæ loco competit *cit. text. & tit. 29.* Deinde liberi Parentum *poteſtati* & obſequio ſubjiciuntur per unionem *tit. 118. §. 2.* ſiquidem Parentes omnium bonorum liberam adminiſtrationem, imò ipſum dominium conſequuntur *d. tit. 118. §. 3.* ut hinc nec Inventarium conficere, *tit. 121. §. 7.* nec adminiſtrationis rationem reddere teneantur, v. Demer. *p. 2. diff. 7. n. 5. & 6.* Quodſi verò extraneus quis liberis ita bona legaverit aut donaverit, ut dominium penes liberos eſſe debeat, uſusfructus duntaxat ad Parentes pertinet. *d. tit. 118. §. 5.* niſi & hic expreſſè ademptus ipſis ſit *ibid. §. 7.* quod tamen avo aliisque aſcendentibus non niſi ex prægnantibus cauſis & accedente Judicis decreto licet *c. §. 7.* *Parentum* verò officium eſt, liberos alere & educare, v. Rick. *c. 8. per tot.* itemque matrimonium ineuntibus aliove modo legitimâ indigentibus eam præbere *d. tit. §. 4. & 6.* Efficit quoque unio, ut *officium tutorum* atque Curatorum liberis ante iſtam conſtitutorum quieſcat *c. tit. §. 8.* niſi pater bona diſſipet, aut in educando aliove modo Parentis negligat officium: Tum enim tutores ſub pœna periculi ob malè geſtam tutelam ab ipſis aliàs præſtandi, vid. *tit. 117. §. ult.* competenti iſtud Magiſtratui denunciare tenentur. *Ibid. §. 1.*

Alios

Alios ex ſucceſſione & adminiſtratione vel alienatione bonorum fluentes effectus vid. ap. Rick. *c. 7. per tot.*

§. 21. *Expirat* unio 1) omnium, quorum intereſt, mutuo diſſenſu; quod enim conſenſu initum, diſſenſu poteſt reſolvi Wehn. *Conſ. 48. n. 2.* cùm nihil tam naturale, quàm eo modo quid diſſolvere, quo colligatum *L. 35. ff. de R. J.* conf. *Exc. Dn. D. & Conſ.* Tauber *§. 47.* 2) Superſtite fictitio Parente ad ſecunda vota transeunte. Wehn. *Conſ. 69. §. 3. cum ſeqq.* quod tamen ibi ſolùm obtinere puto, ubi *§. 3. in tit. 31.* adhuc eſt in obſervantia. 3) Diviſione bonorum factâ *O. P. Fr. t. 119. §. 12.* Wehn. *Conſ. 48. n. 1.* Sicut enim unio confuſione bonorum conſtituta, ita diviſione ſolvatur neceſſe eſt, cùm idem juris ſit in diſtractu, quòd in contractu Wehn. *Conſ. 12. n. 3.* Notandum verò, quòd poſt diviſionem Parentes liberique uniti incipiant iterum eſſe vitricus & noverca, privignus & privigna, ſibique non ampliùs mutuò ſuccedant. Hinc de hereditate poſteà novercæ delata nihil amplius pertinet ad privignum: ſicut nec de hereditate privigno obveniente novercæ quid debetur *tit. 119. §. 12.* Wehn. *Conſ. 12. 48. & 94.* Idem de fratribus inter ſe. Wehn. *d. loc.* 4) Morte unitorum liberorum *c. tit. 119. §. 15.* Rationes vid. ap. Demer. *p. 4. diff. 6. n. ult.* Quodſi unus vel alter tantùm filiorum deceſſerit, unio vires ſuas in deſcendentes & aſcendentes adhuc porrigit Rick. *c. 7. n. 40.* Subſiſtit quoque unio & effectus ſuos producit, licet nulli ex poſteriori matrimonio liberi provenerint *tit. 77. §. 1. & 119. §. 6.* Beſold. *voc.* Einkindſchafft. Contraria.

§. 22. Atque hæc de Jure Franc. obtinent. Jure verò Civ. ut ex Rick. conſtat, ut & cuivis loco locali ſive ſtatutario, ceu ex *J. Pr. Würtemb. Statut. Ulmenſ. Ref. Francof. &c.* videre licet, quædam aliter ſe habent, quæ verò ſicco pede heic prætereo, cùm peculiaris tractatûs res ſit. Variat jus unionis.

§. 23. Adoptivis porrò liberis non multum diſſimiles, v. §. 14. eſſe videntur liberi, ut Canoniſtis dici ſolent, *ſpirituales,* 12) non ſpiritual.

les, cùm fœdere baptiſmali in filios Dei adoptentur. Hos inter & Suſceptores cognationem ſpiritualem finxit Jus Canon. ex eoque fundamento Conjuges invicem fieri prohibuit. v. *tit. X. de cogn ſpirit.* Verùm rectiùs Papæam hanc cognationem non attendunt Conſiſtoria Evang. Multò minus igitur legitima debetur iſtiusmodi liberis à ſuſceptoribus, cùm cognatio illa juxta Panormit. *in c. tanta. X. qui fil. ſint. legit.* in ſpiritu conſiſtens ad bona non ſit extendenda temporalia. Laudabiliter verò egenos educant, fœderisque baptiſmalis memores eſſe jugiter hortantur Suſceptores. conf. Dn. Stryck. *C. T. c. 17. m. 1. ſ. 16.*

13) neque illegitimis. §. 24. *Illegitimi*, v. *ſup. ſ. 3.* ſunt vel naturales, vel ſpurii, vel inceſtuoſi. *Naturalibus* pater non debet legitimam, ſed duas tantùm uncias, hasque non aliter, quàm ſi nullos legitimos & naturales habeat, v. Avth. *licet. C. de nat. lib.* Mater autem iis indiſtinctè, ſive legitimos & naturales habeat, ſive non, tenetur legitimam relinquere. *L. pen. C. ad SC. Orphit.* jung. Dn. Stryck. *cit. l. ſ. 8.* *Spurii* à patre nullam conſequuntur legitimam, cùm aut certum non habeant, aut eum, quem non licet habere *L. 23. ff. de Stat. hom.* A matre verò ſemper eam accipiunt, etiamſi liberos habeat legitimos, niſi ſit femina Illuſtris *d. l. pen.* Quodſi hæc non habeat naturales & legitimos ſimul, ſpurium ab ipſa legitimam petere poſſe ſtatuunt Chriſtin. *Dec. Belg. V. 4. dec. 64.* Hilliger. ad Donell *L. 9. c. 2. lit. F.* De cetero privilegium *c. l. pen.* ad mulieres Nobiles, cùm has inter & Illuſtres multum intercedat diſcriminis, non extendendum eſſe urget Mev. *p. 1. D. 83.* Quid de *Jure Francon.* obtineat, elucet ex *O. P. F. tit. 82. ſ. 1.* qui hujus eſt tenoris; Die natürliche Kinder / ſo gleichwol auſſer Ehe gezihlet / dennoch aber aus keiner verdammten Geburth herkommen / eben ihre leibliche Mutter / ob ſie gleich nicht geehlicht ſeynd / wie denn hergegen die Mütter auch ſolche natürliche Kinder erben / doch anders nicht / denn wenn keine eheleibliche Kinder vorhanden. Do aber

Quid de Jur. Franc.

aber eheleibliche Kinder im Leben wären / ſo wollen wir / daß dieſelbigen eheleibliche Kinder die natürliche auſſchlieſſen: Gleichwol dieſelben ihnen nach Beſchaffenheit der Erbſchafft einen nothwendigen Unterhalt und Alimenta ſchaffen ſollen. Reſtant *inceſtuoſi*, quibus Jure Civ. ne alimenta quidem debentur *Auth. ex complex. C. de inceſt. nupt.* benè tamen Jure Canon. *per c. 5. X. de eo, qui dux. in matr.* ut & J. Franc. *per O. P. F. t. 83. §. 1.*

CAPUT III.

Objectum ſiſtit.

§. 1.

TRactabitur in hoc cap. 1) quænam bona in legitimam liberorum computanda, & non? 2) quænam imputanda & contra? 3) quomodo computatio facienda? 4) in quibus bonis legitima aſſignanda? Quot membra hujus cap.

§. 2. Jure Franc. liberis legitima debetur ex *omnibus* bonis tam maternis, quàm paternis, undecunque etiam venerint *O. P. F. t. 29. §. 1.* Quare in legitimam liberorum non ſolùm ea computanda ſunt, quæ Parentes tempore initi matrimonii jamtum poſſederunt, aut conſtante eo mutuâ operâ ac ſudore ſibi comparârunt, ſed ea quoque, ad quæ hereditatis titulo vel legati pervenerunt. Neque differentia intercedit inter bona mobilia & immobilia, aut utrum mater, an pater ea fuerint adepti. *O. P. F. tit. 96. §. 5.* Quin nec exempta eſt à computatione *dos* marito ab uxore data, nec *donatio* propter nuptias uxori à marito conſtituta *c. tit. 29. §. 1. & t. 90. §. 1.* quod ſi tamen bona dotalia eâ conditione, ut poſt mortem Conjugum *reverti* debeant, data fuerint, conditio illa ſervanda eſt *all. tit. 29. §. 1.* Ratio, cur omnia omninò bona computanda ſint, ea dari poteſt, quòd moribus Francon. per generationem aut adoptionem vel unionem prolium omnia Conjugum bona, mobi-

Membr. I. Computanda omnia bona.

Etiam dos & donat. propt. nupt. Parentum.

mobilia & immobilia, imò undecunque venientia confundantur & communia fiant *O. P. F. tit. 39. §. 25. & t. 90. §. 1.* &c.

Item dos liberorum.

§. 3. Neque verò Parentum ſolùm, ſed *liberorum* quoque dos & donatio propter nuptias in legitimam computari debent *L. 29. C. de inoff. teſt.* in tantum, ut filiâ, quæ dotem accepit, ante perceptionem legitimæ mortuâ, hujus *liberi* dotem maternam in ſubſtantiam avitam, unde legitima nunc exſolvenda, conferre teneantur *L. 19. §. f. C. de collat.* Teſſaur. *dec. 237. n. 3. & 6.* Carpz. *p. 3. C. 11. D. 31.* Prætereà dos ipſi *nepti* ab avo præſtita computari debet in legitimam nepotibus liberisque aſſignandam, cùm avus contemplatione filii neptem dotare præſumatur *l. 6. ff. de collat.* ibique Brunn. niſi probabilis quædam *conjectura* hanc præſumtionem vincat Alciat *de præſumt. reg. 1. præſ. 17. n. 1.* Atque hæc ita obtinent, ſi mater vel neptis ex bonis ejus, qui nunc legitimam dare debet, dotem acceperit: ſecus ſi ab *extraneo l. 29. C. de inoff. teſt.*

Atque neptis.

Limit.

Non expenſæ nupt.

§. 4. Quæritur autem, num *expenſæ nuptiales* etiam computandæ? Reſp. regulariter N. quia ad exiſtimationem & honorem patris pertinent, nec quicquam de iis ad liberos pervenit *a. l. 3. §. f. D. de mun. & hon. B. Dn. Proavunculus meus Brunner. de Collat. bon. c. 4. n. 824.* Carpz. *p. 3. C. 11. D. 21.* modò (1) *conſumtæ* ſint: extantes enim in torquibus, annulis, &c. computantur. Id. *def. 22. n. 2.* (2) à patre non *in dotem* imputatæ: tum enim factæ ſunt pars dotis. Id. *n. 3. & 4.*

Limit.

Nec veſtes.

§. 5. Porrò haud computantur *veſtes* pretii vilioris & quotidianæ, cùm alimentorum nomine contineantur: benè tamen *pretioſæ* aliaque ornamenta, vulgò Jocalia, quæ à patre filia nuptiarum tempore accepit Coler. *p. 1. Dec. 62. n. 31.* Gail. *l. 2. O. 91. n. 5.*

Limit.

Neque donatio.

§. 6. Parili modo immunis eſt à computatione donatio *ſimplex* à patre facta filio, v. g. intuitu matrimonii Carpz. *p. 2. C. 12. D. 22 n. 4* aut juramento Gail. *L. 2. O. 38. n. 7.* vel morte patris confirmata Bocer. *de donat. c. 3. n. 8.* niſi donator aut Lex aliud velit Bachov. *ad Tr. V. 2. D. 7. th. 5. lit. g.*

Limit.

§ 7.

Digitized by Google

§. 7. Sed revertor ad *§. 2.* & omnia undecunque venientia bona in legitimam Jure Franc. computanda eſſe exinde etiam probo, quòd in *O. P. F. t. 32. §. f.* dicatur, ea demum bona ad Parentes unicè pertinere, quæ ipſis *poſt factam* bonorum diviſionem hereditatis fortè titulo delata ſint. Non ſolùm verò omnia *Parentum, ſed & liberorum* bona in computationem veniunt legitimæ, cùm liberi ſive naturales, ſive fictitii nihil proprii habeant, omnibus eorum bonis non modò uſusfruct. ſed dominii quoque jure ad Parentes ſpectantibus *O. P. F. tit. 39. §. 8. & tit. 118. §. 3.* niſi 1) dominium ipſis expreſſè à teſtatore vel donatore addictum, Parentibus verò ademtum ſit *c. t. 118. §. 5.* 2) niſi liberi bona caſtrenſa vel quaſi habeant *tit. 36. §. 2.* v. omn. *Exc. Dn. D. & C.* **Tauber** *c. 3. §. 35.* — Ampl. §. 2. / Computanda bona liberorum. / Limit. 1) / — 2)

§. 8. Quemadmodum verò nulla regula eſt ſine exceptione; ita quæ in *§. 2. & 7.* dixi, limitationes patiuntur, eò recidentes, quòd ea bona computationis ſint expertia, quæ *Lex* excepit, & ad liberos non jure hereditatis paternæ, ſed ex alia cauſa pervenerunt, itemque in quæ alias etiam *jure proprio* ſucceſſerint. — Reſtring. §. 2. & 7. / Except. I. / — II.

§ 9. A computatione *Lege* ſunt excepta I. bona *caſtrenſia L. 1. §. 15. ff. de Collat.* Carpz. *p. 3. C. 11. D. 9.* quoad hæc enim filius pro patrefam. habetur *l. 2. ff. de SC. Maced.* eorumque plenum habet dominium Laut. *Comp. tit. de pecul.* Quæ cùm ita etiam ſe habeant de J. Fr. per *tit. 36. §. 2.* in legitimam nec eo jure computari poterunt. In hoc tamen differt Jus Civ. à Franc. ratione bon. caſtr. quòd de his Jure Civ. tam inter vivos, quàm m. c. liberè etiam ſine conſenſu patris diſponi queat *L. 2. C. de caſtr. pec.* Laut. *d. l.* Verùm in Franc. liberi adhuc indiviſi, quando ſine ſobole decedunt, Parentibus tertiam partem, ceu horum legitimam, relinquere tenentur *all. tit. §. 3.* niſi in pactis dotalibus uxori ſint promiſſa *§. 4. eod.* — Excip. Lege. I. bona caſtr.

§. 10. *Quaſi* caſtrenſia. *c. l. 1. §. 15. ff. de collat.* namque horum quoque plenus dominus eſt filius, tam Jure *Civ. pr. C.* — II. quaſi caſtr.

Digitized by Google

de bon. quæ lib. quàm Franc. *d. t. 36. §. 2.* de iis liberè etiam Jure Civ. diſponit *L. 7. §. f. D. de donat.* Enenckel. *priv. 10. n. 16.* Jure Fr. idem in his, quod in caſtrenſibus obtinet *all. t. §. 3. & 4.* Habentur pro quaſi caſtrenſibus non ea tantùm, quæ in ipſa militia togata quæſita, ſed etiam, quæ illius intuitu ad quem pervenerunt *L. 4. C. de adv. div. jud.* quod multò magis in caſtrenſibus procedit. Imò Jure Fr. illa quoque, quæ liberi indiviſi ex famulitio aut negotiatione & quæſtu ſibi compa-rârunt *d. t. 36. §. 2.*

III. Adventitia. §. 11. III. *Adventitia* non ſolùm irregularia, & quorum nec proprietas nec uſusfr. ad Parentes pertinet v. *N. 117. c. 1.* verùm etiam regularia, cùm & horum proprietas ſit penes filios. *L. 6. C. de bon. quæ lib.* Circa hæc *paulò aliter de J. Fr.* ſtatuendum: nim. nulla adventitia liberis nondum ſeparatis & emancipatis regulariter fiunt propria, ſed Parentibus *tit. 118. §. 3.* niſi donator vel teſtator expreſſè dixerit, quòd eorum dominium ac proprietas penes liberos, non verò Parentes eſſe debeat *d. t. §. 5.* quare priori caſu computanda, non poſteriori. *§. 6. eod.*

IV. Sumtus ſtudiorum. §. 12. IV. *Sumptus ſtudiorum* à patre in filium erogati *l. 50. ff. fam. herc.* Lauterb. *Comp. tit. de inoff. teſt.* niſi (1) filius proprium habeat patrimonium, & pater illud adminiſtraverit: tum enim non de ſuis quicquam donâſſe, ſed de bonis filii ſumtus miſiſſe creditur Hartm. Piſtor. *p. 1. qu. 19. n. 6.* Carpzov. *p. 3. C. 11. D. 19.* (2) niſi modum excedant, ut reliqui liberi legitimam non habeant ſalvam. Eckolt. *ad ff. de Collat. §. 12.* Carpzov. *d. l.* (3) niſi expreſſe pater proteſtatus, ſe illos ſumtus hac mente ſuppeditare, ut in legitimam computen-*L. 34. de neg. geſt.* alimenta tamen hoc caſu detrahenda eſſe cenſet B. Dn. Agnat. meus Struv. *Ex. 37. th. 30.* quid de ſumtibus pro Canonicatu comparando impenſis dicendum, vid. Id. *§. 31.* (4) niſi pater ultimâ voluntate computationem præceperit, quod itidem de ſuperfluis tantùm, non & neceſſariis intelli-

Digitized by Google

telligit Idem *§. 30.* & Richter. *ad Auth. habita, C. ne fil. pro patr. diſp. 5. p. 85.* Quodſi pater eos ſubminiſtrârit ex pecunia mutuò accepta & ante hujus reſtitutionem mortuus fuerit, debitum iſtud pro hereditario habendum atque ab omnibus heredibus, non ſolo filiò exſolvendum ſtatuit Dn. Stryk. *in Annot, ad Lauterb. tit. de Collat. voc. Doctorat.* Zœſ. *ad ff. d. t. n. 36.* (5) niſi de patris præſumto animo credendi & imputandi conſtet, e. g. ſi in libros nominum, Germ. Schuld-Bücher/ aut peculiarem in hunc finem confectum libellum, ut de expenſis pro filiis conſtare queat, ſumtus conſignaverit Carpzov. *p. 3. C. 11. D. 20.* In libros rationum quotidianarum (Tage- und Hand-Bücher) eos retuliſſe non ſufficit *B. Dn. Proavunc. meus Brunner. de Collat. bon. c. 4. n. 86.* (6) niſi filius ſtudia dereliquerit Dn. Stryk. *in Tr. de ſucceſſ. ab int. c. 3. n. 10.* (7) niſi malè eos collocaverit & pecuniam à patre ſtudiorum nomine tantùm emunxerit, nec in literis quicquam profecerit Carpz. *p. 3. C. 11. D. 19. n. 7. & 8.* Idem de ſumptibus à matre præſtitis ſtatuit *def. 18. n. 3.* Quid quod nec eos, quos fratres communi de hereditate aliquandiu viventes uni fratrum ſubminiſtrârint, computandos eſſe ait B. Dn. Agnat. meus Struv. *cit. th. 30.*

§. 13. V. Impenſæ, quas pater pro filii gradu *Doctoratus, Magiſterii, Notariatus*, ut & *peregrinationibus* utiliter factis erogavit Carpz. *d. D. 18. n. 1. ad 7.* quin & initiò tantùm ad obtinendam dignitatem Doct. conſenſu patris factô ſumtus ex communi hereditate ſolvendos eſſe conſtat ex *L. 70. §. 6. ff. fam. erciſc.* ibique Brunnem. V. Sumtus Doctor. &c.

§. 14. VI. *Libri* ſtudiorum gratia à patre filio emti Carpz. *p. 3. C. 11. D. 17.* diff. Macerat. *reſol. 27. n. 12.* qui tamen conciliari fortè poterit, limitationes *§ 12.* quæ *§ 10 praced.* etiam ſubintelligendæ, mutatis mutandis huc referendo. VI. Libri à patre emti.

§. 15. VII. Pecunia à patre ſoluta pro filio ab hoſtibus *redimendo*. Eam enim non imputandi animo numeratam eſſe juſta triſtiſſimi caſus miſeratio præſumit Vinn. *de collat. c. 13. n. 9.* VII. Pecunia pro filio captivo ſoluta.

 §. 16. *Præ-*

VIII. Præcipuum.

§. 16. VIII. *Præcipua*, ſi quis ſcil. titulo prælegati vel alio præ coheredibus aliquid ex hereditate præcipit *L. 39. §. 1. fam. erciſc.* Mev. *p. 1. dec. 84.* Inprimis autem immune eſt à computatione illud præcipuum, quod filiis unitis vel naturalibus æqualitatis obſervandæ ergò in Franconia ſæpiſſimè conſtituitur, & Germ. vocatur der Voraus/ Zuvoraus/ Wehn. *voc.* Voraus. Quando enim unio prolium aliquando (v. *cap. 2. circa fin.*) diſſolvitur, tum ii liberi, quibus præcipuum eſt conſtitutum, illud ante computationem legitimæ accipiunt, adeo, ut ejus nulla ratio in calculanda legitima haberi poſſit O. P. F. *t. 77. §. 2. & t. 121. §. 1. & 6.*

Tranſitio.

§. 17. Atque hæc de bonis, quæ à computatione excepta Lege ſunt, dixiſſe ſufficiat. Nunc de iis, quæ in legitimam computari nequeunt ideò, quòd proprio jure, v. *§. 8.* in ea ſuccedatur.

Altera except. In feudo ſucceditur jure proprio.

§. 18. *Jure proprio* & à Parentibus ſaltim non unicè dependente ſuccedunt liberi in *feuda*. Quemadmodum itaque iis, qui in ea ſuccedere nequeunt, quales juxta propriam feudorum naturam fœminæ habentur *1. F. 1. & 3.* ex iis nec legitima debetur, cùm eam petere non poſſe eum, qui ſuccedere nequeat ab inteſtato, DD ſtatuant v. Carpzov. *3. C. 9. D. 28.* add. *ſup. c. 2. §. 4.* ita viciſſim ***in filiorum legitimam non ſunt computanda feuda***, Klock. *Tom. II. Conſ. 47. n. 8.* & Schrader. *de Feud. p. 7. c. 5. n. 46.* cùm ſuam in ea ſucceſſionem non tam ultimo poſſeſſori, quàm primo acquirenti, quippe qui cum omnibus ex ſe deſcendentibus, etiam ut ſingulis nec ut ultimi poſſeſſoris heredibus conſideratis, jus in ea ſuccedendi pacto ſuo ſtatim tempore comparati feudi per anticipationem quaſi communicavit, acceptum ferendam habeant.

feuda non comput.

modò feudum ſit 1) maſculinum.

§. 19. Dixi, in legitimam non computari feudum, ſed hoc ita, ubi 1) *maſculinum* eſt O. P. F. *tit. 75. n. 4.* conſpirat *Ref. Nor. tit. 29. L. 3.* Abs hoc demum excluduntur feminæ, cùm ſervitiorum militarium, quæ jure Longob. regulariter in propria

pria perſona præſtantur *2. F. 55.* incapaces ſint: quamvis ex ea ſolùm ratione feminas non modò à fratribus & Collateralibus, ſed etiam à quovis recenter inveſtito à ſucceſſione repelli, incongruum quid eſſe cordatiores ſtatuant, ſubſtitutum in exhibendis domino ſervitiis vicem feminæ ſupplere poſſe arbitrantes, idque olim inter Illuſtres in Germania perſonas fuiſſe ita quoque obſervatum ex hiſtoriarum evincentes monumentis.

§. 20. Neque verò maſculinum eſſe ſufficit, verùm 2) ***ex pacto & providentia*** tale ſit inſuper oportet. v. Theſaur. *L. 2. qu. 76. n. 6.* quanquam è merè hereditario & ex pacto ac providentia tali mixtum à computatione pariter immune pronunciandum videatur, cùm nec in mixto feminæ, ſed tantùm maſculi ſuccedere queant B. Dn. Agnat. m. Struv. *Synt. J. F. c. 4. a. 10. n. 3.* 2) ex pacto & providentia tale.

§. 21. Denique feudum 3) ***antiquum*** ſit neceſſe eſt O. P. F. *d. tit. & §.* Cùm enim primi acquirentis, non ultimi poſſeſſoris, è cujus ſubſtantia legitima petitur, pecuniâ, quin interdum ſolis meritis quæſitum ſit, de quo queratur filia, non habet. Deinde quia ex pacto ad filios pervenit, de genere adventitiorum æſtimatur, quæ legitimæ imputari non ſolent. Dn. Stryk. *E. J. F. c. 14. qu. ult.* 3) antiquum.

§. 22. Niſi nulla plane adſint allodialia, Theſaur. *L. 2. qu. 68. n. 4.* Tum enim filiabus *in ſubſidium* ex feudo etiam maſculino, & ex pacto ac provid. & antiquo legitima vel dos debetur. *O. P. F. tit. 75. §. 7. & t. 98. §. fin.* Concordat *Reform. Nor. tit. 34. L. 1.* Utut autem dicti textus ſolùm de dote loquantur, auderem tamen argumentô inde petitô legitimam quoque attribuere filiabus, quæ Statuto aut conſuetudine à ſucceſſione in bona niſi feudalia, ſaltem allodialia non ſunt excluſæ, maxime ſi hanc ob cauſam è feudis nullam dotem accipiant. Ratio, quia dos & legitima pro correlatis reputantur: Quicquid igitur in uno correlatorum, ut hoc in caſu, in dote, Limit.

obti-

Digitized by Google

obtinet, illud etiam ex regulis juſtæ interpretationis in altero obtinere debet.

è contrario computatur. 1) femininum. Limit.

§. 23. Ex *§. 19.* concludo, feudum *femininum* computari: niſi & hoc feminæ, ceu primæ acquirenti, eâ lege datum, ut *filii* ſolùm ſuccedant, quod, niſi contrarium expreſſum, præſumitur, v. Dn. Stryck. *E. J. F. c. 4. qu. 8. cum ſeqq.* Debetur tamen filiæ legitima in hoc quoque caſu, ſed non niſi in ſubſidium, ex tali feudo.

2) merè heredit.

§. 24. Ex *§. 20.* ſequitur, computandum quoque eſſe feudum *merè hereditarium.* Conſent. Roſenth. *de Feud. c. 7. concl. 13. n. 22.* Klock. *T. II. Conſ. 33. n. 54.* Sapit enim naturam allodii & à poſſeſſore pro lubitu alienari poteſt Id. *n. 41. & 42.* Quæcunque autem feuda pro lubitu alienari & extraneis quoque heredibus relinqui poſſunt validè, ea in legitimam computanda eſſe, ex Schrad. *de Feud. p. 7. c. 5. n. 45.* cenſet Cæſ. Manenti *Conſ. 42. per tot.*

3) novum.

§. 25. Ex *§. 21.* fluit, ſimiliter computari debere feudum *noviter emptum* à Parentibus: id quod etiam vult *O. P. F. t. 75. §. 5.* nec refert, à nobili an ruſtico id emtum ſit, Carpz. *p. 3. C. 9. D. 29.* modò vel omnia, vel pleraque allodialia in ejus emtionem ſint converſa B. Dn. Agnat. m. Struv. *S. J. F. c. 14. aph. 19.* Quemadmodum enim aliàs liberis competit querela *inoff. don.* quando læduntur in legitima, ita quoq; ſi tantum bonorum allodialium in feudi comparationem, filiorum in illud quippe ſolùm ſuccedentium gratiâ, expenſum, & his quaſi donatum, ut legitimam non habeant ſalvam filiæ, meritò ratione bonorum illorum legitima his præſtanda Id. *d. l.* Imò etiam extra hunc caſum computationem ejus fieri debere ex generalitate *§i 5.* videtur colligendum. Verùm regerere poſſes, Jura Statutaria contra jus commune aliquid diſponentia ſtrictè capienda, & ex jure com. explicanda, adeoque feudum novum, in cujus comparationem pater ſuam tantùm legitimam, nempè tertiam partem, impendiſſet, non computandum eſſe. Quod & ita

Digitized by Google

ita diſpoſitum J. Saxon. v. Carpz. *p. 3. C. 9. D. 30. n. 5. 6. & 7.* Illud expeditum, feudi novi pro vendito feudo antiquo comparati computationem ceſſare ſolere, Id. *n. 4.* quod & obtinet in feudo novo, quod pater non ex propria pecunia comparavit, ſed vel in caſtris acquiſivit, vel ex gratia & largitione domini accepit, Id. *n. 8.* ſicut nec tum in legitimam computandum, quando filia dotem & elocationem ex eo petat. Id. *def. 32. n. 2.*

§. 26. Quantum denique feuda *Cenſitica* attinet, Jure Fr. in legitimam computantur, & inter filios & filias dividuntur *O. P. F. t. 75. §. 6.* Idem habetur in *Ref. Nor. t. 34. L. 1.* niſi alia extet conſuetudo vel conventio *ibid.* conf. Carpzov. *p. 2. C. 39. D. 1. 2. & ſeqq.* 4) feudum cenſitic.

§. 27. Viſis, quæ computari debeant, vel non, quò ſciri queat, quid & quantum cuivis legitimæ nomine aſſignandum; nunc pauca de altero hujus Cap. membro addenda, ubi quæritur, quænam bona legitimæ imputari debeant, vel non? Tranſitio.

§. 28. Verùm cùm ea, quæ ſupra computanda dixi, legitimæ, maximè ſi quid jam de iis præceptum ſit, aut præcipi adhuc dum debeat, imputanda quoque & detrahenda veniant, & vice verſa; ne cramben bis coctam apponam, eò me remitto. Cœterum non diffiteor, quædam interdum imputari, quæ tamen non computantur, & contrà. Sed talia, ni fallor, ſuperiùs haud recenſui, neque in ſeqq. recenſere inſtitutum & brevitatis ſtudium permittit. Membrum II. hujus Cap.

§. 29. Tertiò, v. *§. 1.* conſiderandum eſt, quomodo computatio fieri debeat? Nimirum primò omnium Inventarium ſolenne, vel jurata aliave legitima ſpecificatio, ceu caput & fundamentum omnium rationum & diviſionum, Carpz. *p. 3. C. 33. D. 7.* conficienda, ibique cuncta & ſingula bona nominetenus adnotanda, ſed & pro valore tempore diviſionis uſitato æſtimanda ſunt Merlin. *de Legit. L. 2. t. 1. qu. 1. n. 2.* Quo facto calculus ducitur totius ſubſtantiæ, & detractis juxta *L. 8. §. 9. ff. de inoff.* detrahendis cuivis portio ſua legitima ex bonis computatio- Membrum III.

Digitized by Google

putationi obnoxiis aſſignatur, tandemque eidem quotæ imputanda imputantur & detrahuntur, conf. Valaſc. *prax. part. & collat. c. 15. n. 2. & ſeqq.* Enimverò nil obſtat, quò minus dividentes de peculiari & alio computandi modo convenire queant.

Membrum IV. §. 30. Poſtremò videndum, in quibus bonis legitima aſſignanda. Regulariter debet in *ipſis corporibus* hereditariis conſtitui. Perez *ad C. de inoff. teſt. n. 37.* Neque enim æſtimatio eorum ideò in Inventario eſt facta, ut pecuniam illorum loco accipiant, ſed quò de quantitate legitimæ eò ſatius conſtare queat Vultej. *vol. 1. Marp. Conſ. 29. §. 125.*

Limit. §. 31. Quodſi tamen Parentum facultates in taberna mercatoria aut bibliotheca conſiſtant; cùm ejusmodi res & ſimiles commodè non poſſint dividi, aut tantam liberis, quàm Parentibus non præſtent utilitatem, moribus Franc. receptum, ut illæ penes Parentes maneant, hi verò liberis certam pecuniæ ſummam legitimæ loco ſolvere peculiari obſtringuntur pacto, quod vocatur der Auſskauff. Idem obſervatur in Marchia, ubi ſi liberi adhuc minores ſint, quibus immobilia vel animalia aliave in hereditate exiſtentia non adeò prodeſſe videntur, omnia ad certam pecuniam rediguntur, quæ iis ad majorem ætatem pervenientibus aut alio certo tempore exſolvenda: Vocatur illis der Auſſpruch oder Anmahnung. Scheplitz *ad Conſ. March. p. 3. t. 2. §. 17. n. 2.* Beſold. *voc.* Auſſpruch.

CAP. IV.

Formam exponit.

§. 1.

Quot ſint Membra hujus Cap. UT ordine, quo nihil pulchrius, in hoc non minus, quàm præced. Capp. factum, procedam, tria hîc enucleare mecum conſtitui, nimirum 1) quanta, 2) quando & 3) quomodo debeatur Legitima.

Membr. I. quanta ſit J. Civ. §. 2. Jure Veteri & ante-Juſtinianeo quantitas Legitimæ in quarta indiſtinctè conſiſtebat: Auxit verò eam Juſtinianus *in*

in Nov. 118. c. 1. ſancivitque, ut quatuor aut pauciores liberi *trientem*, *ſemiſſem* verò quinque vel plures Legitimæ nomine perciperent; hinc orti ſunt verſiculi:

Quatuor aut infra natis dant jura trientem:
Semiſſem verò dant natis quinq; vel ultra.

§. 3. Atque hæc Legitimæ diverſitas non ſolùm in liberis primi gradus, verùm etiam *ulterioris* attenditur. Quare ſi avus decedat relictis ex prædefuncto filio unico quinque nepotibus, horum legitima ſemis erit. Carpz. *P. 3. C. 12. D. 11. n. 10.* Ratio conſiſtit in eo, quòd hoc in caſu ex ſua perſona adeoque in capita ſuccedant. Dn. Stryk. *Caut. Teſtam. c. 17. m. 1. §. 22.* Aliud itaque dicendum, quando iſti non ſunt ſoli, ſed vel cum patruis, vel nepotibus ex alio filio concurrunt, quia tum in ſtirpes jure repræſentationis ſucceditur. Carpz. *d. l. n. 5.* eadem in nepotibus. Limit.

§. 4. Quæritur autem, cùm legitima pro numero liberorum vel triens ſit vel ſemis, num *Statutô* à ſucceſſione excluſus in computatione numerandus veniat legitimæ? ℞. Neg. Lauterb. *Comp. tit. de Inoff. teſt.* Idem de juſtè *exheredato* ſtatuunt Gail. *L. 2. O. 122.* Weſemb. *p. 2. Conſil. 92 n. 8.* diſſ. Bachov. ad Tr. *vol. 1. Diſp. 13. th. 15.* Verùm his & ſimilibus quæſtionibus heic immorari ſupervacuum videtur, cùm circa Legitimam Liberorum Franconicam planè non occurrant. An Stat. excl. & exheredatus numeretur?

§. 5. Conſiſtit verò moribus Francon. liberorum legitima in *duabus tertiis* omnium paternorum & maternorum bonorum, prout conſtat ex *O. P. Fr. tit. 29. §. 1.* verbis ſeqq. So iſt und hält man doch nach dem Land-Recht und Gebrauch unſers Hertzogthums zu Francken / für aller Kinder / deren ſeyen gleich viel oder wenig / Legitima und Pflichtstheil zween Drittetheil / die man ſonſt gemeiniglich den zweyten Theil nennet / aller Väterl. und Mütterl. Haab und Güter / wo gleich die herkommen. Scilicet totam Francones hereditatem in tres partes diſpeſcunt: duæ liberis in legitimam dantur: tertia penes Parentes manet. Quæ diviſio quanta ſit legit. Jure Franc.

 viſio

Digitized by Google

viſio ſi ad aſſis nomen reducitur, triens ad Parentes, bes verò ſive 8. unciæ ad liberos perveniunt Wehn. *voc.* Drittheil.

Ampliatur §. præc. §. 6. Hanc legitimæ quantitatem pluralitate vel paucitate liberorum haud quicquam augeri vel minui ex ſuprà alleg. verbis: Deren ſeyen gleich viel oder wenig/ apparet liquidò. conf. Demeradt. *Faſc. J. C. & F. p. 2. diff. 1. n. 10.* Quam ob rem ſi vel unicus duntaxat filius adſit, hic æquè duas tertias capit, quàm ſi eorum octo exiſterent, ceſſante Juris Civ. trientem inter & ſemiſſem pro numero liberorum diverſitate. Eandem ob cauſam fruſtrà quæritur, num exheredatus aut Statuto à ſucceſſione excluſus partem facere debeat in aſſignanda legitima.

Cognata. §. 7. Similiter indiſtinctè & non habitâ ratione liberorum plurium vel pauciorum in Boruſſ. Brandenb. legitimam eorum tres quartæ partes hereditatis conſtituunt v. *Jus Pruſſ. L. 5. tit. 3.* Idem & Gedani obſervari tradit Dn. Hopp. *in Comment. ad J. de inoff. teſt. §. ult. in fin.* De legitima Marchiæ Brand. conf. Schepliz. *ad conſuet. March. p. 3. tit. 2. §. 17.* ubi dicitur, daß die Helffte der liegenden Gründe das überbleibende Ehegemächt behalte/ die andere Helffte aber die Leibs-Erben haben ſollen. Verùm Reformatio Norica *in tit. 29. L. 3.* & Francof. *in p. 4. tit. 3. §. 8.* itemque Jus Prov. Würtemb. *in p. 3. t. 3. §. 8.* eandem cum Jure Civ. diſpoſitionem circa liberorum legitimam continent, ita ut hæc in triente liberis quatuor aut infrà exiſtentibus conſiſtat, ſemis verò quinque vel pluribus debeatur.

An duæ tertiæ rectè ſint legit. §. 8. De *Juſtitia* Legitimæ liberorum Franc. & num rectè tam magna portio, nimirum duæ tertiæ patrimonii Parentum pro legitima liberorum moribus Francon. introducta ſit, multum diſputare non opus eſſe videtur, ſiquidem DD. uno omnes ore tenent, quantitatem legitimæ à Jure Civ. inventam ac per illud iterum minui vel augeri poſſe. vid. Mynſ. *C. 5. O. 43.* Carpzov. *p. 3. C. 12. Def. 5.* id quod etiam contigit, factâ quartæ, quæ olim legitima erat, v. *l. 8. §. quarta ff. de inoff. teſt.* in trientem & ſemiſſem per Jus Novell. commutatione. Quamobrem

Digitized by Google

obrem tam propter datam rationem, quàm exemplum rectè moribus Francon. alia legitimæ quantitas, quàm Jure Civ. obtinet, conſtituta eſt, cùm idem liceat aliis gentibus, quod Romanis quondam licuit. vid. omninò Wehner. O. Pr. *voc.* Drittheil. Cæterum totus mihi ſum perſuaſus, tàm ante, quàm poſt irruptionem Juris Rom. in Germaniam pro legitima liberorum in Franconia duas tertias fuiſſe habitas, ut hinc non dicendum ſit, Jus Rom. moribus Franc. abrogatum, ſed quia ſubſidiarium tantummodò Jus eſt, nunquam hoc in paſſu contra mores Fr. receptum fuiſſe: Contrarium verò alleganti probatio incumbet. jung. Exc. Dn. Thomaſ. *delin. hiſt. Jur. Rom. & Germ. §. 191.* Plures rationes v. ap. Wehn. *d. l.*

§. 9. Sed quæritur, an ſicut Statuto, ita etiam pactis Parentum *dotalibus* legitima liberorum minui, & v. g. caveri queat, ut unam ſolùm tertiam, non duas, legitimæ nomine aliquando in diviſione accipere debeant? Sane quòd Lex vel Statutum alicui dat, id homo auferre non debet Wehn. *Conſil. Fr. 17. circa fin.* cùm ei, quod Statuto abrogari poteſt, non ſtatim pacto derogari queat Roland. à Valle *in tr. de lucro dot. qu. 30. n. 1.* Klock. *Tom. II. Conſ. 70. n. 57.* quid quòd onus & gravamen legitimæ adjectum, ſive in qualitate ſive in quantitate conſiſtat, pro non ſcripto habetur, & ipſo jure rejicitur, Gail. *L. 2. O. 119.* Accedit, quòd paciſcentes ſibi duntaxat, non tertio ejusq; Juri Statutô ipſi quæſito præjudicare queant. *Exc. Dn. D. & Conſ.* Tauber ſæpius laud. Diſſ. Inaug. *c. 3. §. 28.* conſent. Illuſtr. Dn. Stryck. *in C. T. c. 17. m. 2. §. 22.* quodſi tamen circumſtantiæ, quarum ratio ſemper eſt habenda Judici, contrarium ſuadeant, aut Statutô ea poteſtas competat Parentibus, aliud dicendum erit Dn. Stryck. *all. l. membr. 3. §. 13.*

Num pactis dot. legit. minui poſſit.

§. 10. Quæritur porrò, an legitimæ Francon. quantitas attendatur etiam in bonis Parentum ibi ſitis, ubi legitima in duabus tertiis haud conſiſtit? ℞. Neg. Statuta enim ad bona extra territorium ſita non ſunt extendenda Klock. *T. 1. Conſ. 48.*

Quid de bonis extra territor. ſitis?

Digitized by Google

n. 4. cùm unicuique loco localia ſint Mindan. *Conſult. Sax. L. 3. qu. 123. n. 9.* add. Mynſ. *C. 5. O. 19.* ubi in Camera id attendi ait, ſive Statutum in rem conceptum ſit, ſive in perſonam. Procedit autem iſtud in bonis tantùm immobilibus, & quæ pro talibus habentur, e. g. das eiſerne Vieh/ non & in mobilibus extra territorium ſitis Mind. *d. l. n. 18.*

De legitima liberorum incolæ & forenſium.

§. 11. Sed quid de incolis ibi defunctis, ubi duæ tertiæ liberis legitimæ nomine debentur? ℞. utut Cives non fuerint, quòd ſi tamen nulla alibi reliquerint immobilia, tunc ratione mobilium attenduntur Statuta loci, ubi deceſſerunt, Id. *c. l. n. 22.* Denique pater non niſi forenſes, i. e. alibi degentes liberos habens & in loco, ubi Jus Franc. viget, moriens, iis quoque duas tertias neceſſariò relinquere debet. Idem *n. 24.* add. Coler. *Pr. Exec. p. 1. c. 3. n. 219. & 221.*

Membr. II. Quid Jure Civ.

§. 12. Hactenus de quantitate legitimæ: Nunc *quando* debeatur, videndum. Jure Civ. non niſi *poſt mortem* Parentum peti poteſt, Penia in *Dec. Rot. Rom. 376. n. 2.* Knipſch *de Nobil. c. 12. n. 115.* cùm viventis non ſit hereditas *L. 1. ff. de hered. vend.* Weſemb. *p. 2. Conſ. 71. n. 1.* Juxta quoſdam tamen Dd. liberi Parentibus licet adhuc viventibus legitimam debent conſequi 1) ſi bona patris ob delictum confiſcentur. 2) Si pater monaſterium ingreſſus ſit. 3) Si filius Judæi aut hæretici fidem amplectatur orthodoxam, 4) ob inofficioſam donationem vel dotem. 5) Si pater bona dilapidet. v. Berlich. *p. 3. concl. 11. & ſeqq.* Verùm nec hos caſus & limitationes admittit Dn. Thomaſ. in ſuprà all. Diſſ. de legitima viventis per tot.

Quid Jure Franc.

§. 13. Quicquid autem hujus ſit, *Jure Franc.* non modò poſt mortem, ſed etiam in vita quandoque Parentum liberis debetur legitima: Rationes dabo inf. *§. 17. & 22.*

Caſus I. ubi legitima in vita Par. debetur.

§. 14. Caſus, ubi viventis datur legitima, in O. P. Franc. *tit. 31.* expreſſi ſunt *ſeqq.* I. So der Eltern eins/ es ſeye gleich rechte natürliche oder eingeſetzte und angenommene Vätter oder Mütter/ Anherr oder Anfrau / Ur-Anherr oder Ur-Anfrau nach Abſterben

Digitized by Google

ſeines Ehegenoß ſeinen Wittibſtand verrucket/ und ſich in die andere/ dritte oder weitere Ehe begeben; Alsdann iſt daſſelbig Ehegenoß/ das alſo ſeinen Wittibſtand verrucket hat/ ſeinen Kindern/ Dichtern oder Urdichtern/ ſie ſeyen gleich rechte und natürliche oder gemachte Kinder oder Dichter / den zweyten Theil aller ihrer Haab und Güter / ſo zu Zeit des verruckten Wittibſtands vorhanden / ſowol von ſeinen eigenen als des verſtorbenen Ehemenſchen Gütern verfallen/ und alſobald nach gebrochener Hand ihnen denſelben völliglichen zu geben ſchuldig. vid. *§. 3. d. tit.*

§. 15. Caſus hic omnium *præcipuus* eſt eorum, ubi Parentes adhuc vivi liberis legitimam dare,& cum iis dividere tenentur, & nil frequentius eſt in Franconia, quàm ut liberi à patre ſecundas nuptias celebrante duas ſuas petant tertias. Quare heic pauliſper ſubſiſtere operæ pretium videtur. Eſt præcipuus.

§. 16. Habetur ſtatim abinitio *d. §. 3.* es ſeyen gleich rechte und natürliche/ oder angenommene Vatter und Mutter. Nulla igitur differentia eſt inter Parentes naturales, & unitos ſive fictitios; ratio eſt, quòd uniti etiam pro veris Parentibus habeantur per O. P. F. *t. 118. §. 1.* & in utriſque communio bonorum obtineat *tit. 39. §. 25.* Legitur porrò : und ſich in die andere ꝛc. Ehe begeben. Ex quibus verbis apparet, Parentem ſuperſtitem, quamdiu in viduitate permanſerit, ad legitimæ extraditionem haud compelli poſſe, ſicut etiam expreſſè id habetur in *tit. 90. §. 1.* Tandem dicitur : und alſobald nach gebrochener Hand. Verùm limitationes dantur, de quibus *inf. §. 18.* De cetero quæritur, an non etiam conſtante matrimonio poſteriori aut poſt illud legitimæ ſolutio urgeri queat, ſi liberi vel eorum tutores ex conniventia eam non ſtatim petierint? R. Aff. per text. expr. in *tit. 105. §. 3.* Explicatur Caſus I.

§. 17. Rationes *ſpeciales*, (generales vid. *inf. §. 22.*) hujus conſuetudinis ſunt, quòd communio bonorum iteratis nuptiis diſſolvatur *c. tit. 90. §. 1.* & quòd metuendum, ne liberi prioris matrimonii per Parentes, qui novis amoribus novos affectus Cur caſus I. introductus.

Digitized by Google

induunt, juſtâ parte hereditatis defraudentur, cùm ſæpe novarum nuptiarum blanditiis deliniti non ſolùm bona, ſed etiam vitam prolium prioris matrimonii uxori poſteriori addicant *L. 22. C. de adm. tut.* Demeradt. *p. 2. diff. 2. n. 10.* Quare in multis aliis quoque locis hoc in caſu cum liberis dividendum, prout de Marchia teſtatur Schepliz ad *Conſuet. March. p. 3. t. 2. §. 17.* de Eslinga Knipſch. *de Fideicom. c. 15. n. 23.* jung. Statut. Hamburg. *p. 3. t. 3. a. 4.* & Stat. Lubec. *p. 2. tit. 2. a. 33. & 34.* ibique Mev. conf. Beſold. *voc.* Verſangenſchafft / & Wehn. *ibid. & voc.* Theilungs-Recht.

Limitatur Caſus I. 1)

§. 18. Dictum eſt *§. 14.* Parentem ſuperſtitem ad ſecunda vota convolantem ad legitimam liberis exſolvendam obligatum eſſe, quod limit. 1) niſi aliud cum liberis eorumque cognatis aut tutoribus pactum ſit per *d. tit. 31. §. 4.* Interdum etiam liberorum & tutorum conniventiâ, aut negligentia, vid. *tit. 91. §. 1.* diviſio bonorum omittitur.

Limit. 2) Conſuetudo Svinfurt.

2) Niſi Statutum aliquod aut conſuetudo in contrarium extet, ut in ***Republ. Svevofurtana, Patria mea dilectiſſimâ,*** ubi ſuperſtes Conjux ob mutatum viduitatis ſtatum non ſtatim & ſtrictè cum liberis dividere tenetur, ſed retinet uſumfr. omnium bonorum, confectô de ſuper Inventario legitimô; ex ipſo uſufr. autem liberos alere & educare, eisque matrimonium ineuntibus, aut propriam œconomiam alio modo inſtituentibus, ut & ex alia cauſa legitimâ indigentibus eam ſubminiſtrare obligatus eſt.

Ejus rationes.

Quæ conſuetudo ſuis non eſt deſtituta rationibus: nam 1) Parentum utique intereſt, ubi & quomodo liberi educentur. 2) Pater optimum conſilium pro filiis ſuis capere dicitur *in L. fin. C. de Cur. fur.* 3) Conſervatur Parentum res familiaris, quæ ſæpius legitimæ extraditione deſtruitur, 4) quod ſi legitima non tanta eſſe, ut filius ex reditibus ali poſſet, cogeretur vendere proprietatem, quod jura abhorrent *L. qui bonis. ff. de ceſſ. bon.* Franchiſ. *Dec. 133. n. 7.* 5) Filius inſtitutâ propriâ Oeconomiâ aut alio neceſſitatis caſu Legitimam ſuam accipit.

§. 19. De-

Digitized by Google

Caſus reliqui, ubi in vita Parentum debetur legit.

§. 19. Debetur quoque in vita Parentis legitima II.) quando ſuperſtes Conjux turpiter & fornicando vivit per *ſ. 5. all. tit. 31.* item III.) ſi liberis ante diviſionem Parentes ſuam tertiam teſtamento aliave ultimâ voluntate adimere voluerunt. *d. tit. ſ. 7.* IV.) Ubi prodigaliter vivunt. *ſ. 8.* conf. Wehner. *Conſ. Fr. 25. n. 7.* & Novarius ad Franchis. *Dec. 133.* V.) Quando ſuperſtes abſque conſenſu liberorum ſuorum, horumve cognatorum extraneos in liberos adoptat. *c. tit. ſ. 9.* VI.) Quando Parentes indiviſi in Hoſpitale ſe receperint, aliove modo ſibi de alimentis quoad vitam proſpexerint. *Ibid. ſ. 11.* jung. Menoch. *Conſ. 944. n. 48.* VII.) Quodſi in alienum territorium inſciis liberis eorumque conſanguineis ſe conferunt, alienatis antea non ſine damno bonis eorum. *ſ. 14. eod.* v. Wehn. *Conſ. 76.* VIII.) Cùm continuas fovent rixas, & de divortio agunt Conjuges. *ſ. 15. d. t.* IX.) Quando ex legitima cauſa per divortium ſeparati ſint ab invicem *ſ. 16. eod.* X.) Si uni liberorum in odium & damnum reliquorum prædium aliquod viliſſimo pretio vendant. *ſ. 17. cit. tit.* XI.) Si ob commiſſum delictum, e. g. adulterium, mulctentur. *ſ. 18. eod.* Wehn. *Conſ. 76. n. 5.* Novarius *ad all. Dec. 133.* XII.) Si ex avaritia aut odio Parentes, inprimis uniti, liberos ægrotos deſerant, aut ad honeſta educare negligant nolintque. *ſ. 19.* Ultimò, ſi impiè tractent domoque ejiciant liberos. *ſ. 20.* Wehn. *Conſ. 26. n. 6.* Aut ſi Judici ex alia cauſa æquum viſum, diviſionem bonorum decernere. *ſ. 21. all. tit.* jung. Demer. *p. 2. diff. 2. n. 13. & ſeqq.*

§. 20. Romano idiomate caſus *ſ. præced. 19.* enumeratos exprimere lubuit, quòd in vernacula ingens chartæ ſpatium impleſſent, neque tamen adeò in uſu ſint, quamobrem etiam iis amplius quid addere nolo, ad quæſtionem properans, quomodo liberi invitos Parentes ad ſolvendam legitimam cogere poſ-

diviſione injunctâ, expenſæ litis Parentibus reſtituendæ, aut in legitimam liberorum imputandæ. *c. §. fin.* niſi Judex expreſsè in eaſdem condemnaverit Parentes. *§. eod.*

Quid ſi parentes de diviſione ſuſpecti?

§. 21. Quodſi pater juſſu Judicis aut ſponte bona diviſerit, liberi verò de ſufficienti data legitima dubitent, prævià Judicis cognitione pater *juramento* aſſeverare tenetur, ſe omnium bonorum debitam portionem dediſſe, *O.P.F. t. 33. §. 2.* Demeradt. *p. 2. d. 2. n. 27.* Interdum etiam, petentibus ſcil. liberis & judice approbante, ante diviſionem Parentibus deferri poteſt juramentum. *d. t. §. 3.* Ceterùm ſi legitima diu quidem ſolvi debuit, id autem nimis ſerò fiat, & interea hereditas liberis vel Parentibus ſit delata, in hac non aliter ſucceditur, quàm ſi tempore delationis liberi & Parentes à ſe diviſi & ſeparati jamtum fuiſſent. *O. P. F. t. 32. §. 2. & per tot.*

Quid de hereditate tempore intermedio debitæ & exſolutæ legitimæ delata.

Rectè datur J. Fr. viventis legit.

§. 22. Rectè liberis Jure Fr. in caſibus anteà recenſitis legitimam in vita Parentum dari, apparet 1) inde, quòd Juri Civ. conſuetudine & Statutis derogari queat *L. 32. ff. de LL.* Dunozeti *Deciſ. 162. n. 2.* 2) Quòd in ſpecie legitima in tempore etiam corrigi poſſit Bart. *in L. certum §. f. de cond. & dem.* imò 3) quòd Jus Civ. non præſumatur conſuetudinem Franc. vi cujus viventis datur legitima, unquam abrogâſſe, v. *ſup. §. 8.* 4) Quòd legitima ſit quota bonorum, non hereditatis, & ex communione bonorum diſſoluta, non è viventis hereditate debeatur. vid. omn. Wehn. *voc.* Drittheil. 5) Quòd aliàs Parentes legitimâ defraudare queant liberos. Demerad. *p. 2. d. 2. n. 29.* jung. **Exc. Dn. D. & Conſ. Tauber** *§. 32.* & Wehn. *voc.* Drittheil.

Membrum III. hujus Cap.

§. 23. Videndum deniquè breviſſimis, *quomodo*, v. *§. 1.* legitima debeatur. Jure Veteri quocunque titulo relinqui potuit, *§. f. J. de inoff.* at jure Nov. requiritur præciſè inſtitutionis titulus *N. 115. c. 3.* Carpz. *p. 3. C. 9. D. 1.* etiam in teſtamento ad pias cauſas aut Parentum inter liberos Id. *d. l.* Dn. Stryck. *C. T. c. 17. m. 1. §. 18. & 19.* qui in §§. ſeqq. plura de inſtitutionis titulo congeſſit. Verùm Jure Franc. non ſecus ac

Jure

Digitized by Google

Jure veteri Civ. ſufficit quocunque *particulari titulo* liberis aliquid relinquere O. P. F. *t. 48. §. 3. verb.* unter was Titul es auch geſchehe. v. Demer. *p. 3. d. 3. n. 7. & ſeqq.* Jure Franc. ſufficit titulus particul.

§. 24. Relinquenda porrò eſt legitima ſine omni onere Dunoz. in *Dec. Rot. R. 146. n. 6.* Mev. *p. 2. dec. 190.* Adjectum verò habetur pro non adjecto, & ipſo jure tollitur *L. 32. C. de inoff. teſt.* Perez. *ad C. d. t. n. 41.* Legitima enim non ex judicio teſtatoris, ſed Legis proviſione debetur Gail. *L. 2. O. 119.* Quem igitur teſtator non honoravit, eum nec onerare poteſt Franz. *ad tit. ff. de inoff. n. 51.* niſi onus reſpiciat favorem liberorum, ut in bona mente exheredatis. Dn. Hopp. *in Comm. ad J. eod. §. ult.* Plura de onere tam licito, quàm illicito vid. ap. Dn. Stryck. *d. c. 17. m. 2. & 3. per tot.* Legitima relinqu. ſine onere.

CAPUT V.

Effectus & Contraria recenſet.

§. 1.

QUantum primò ad Effectus, hos enumerabo ordine ſequenti: I. Quando in *teſtamento* Parentum legitima vel 1) tota, vel 2) pro parte tantùm, vel 3) planè non relicta eſt. II. Quando *in vita* Parentum, ob cauſas ſcil. *cap. præced. 4. §. 14. & 18.* traditas, vel 1) tota, vel 2) pro parte tantùm, vel 3) planè non extradita. Quo ordine I. Effectus recenſ.

§. 2. Antequam verò ſpecialia remedia ſive actiones, utpote in quibus præcipuus legitimæ effectus conſiſtit, in §§. ſeqq. proponam, in genere monendum, quòd in cauſa legitimæ, cùm inter cauſas pias referatur, & nullam ferre poſſit moram, quin & privatio ejus aut carentia damnum irreparabile contineat; in Judicio Aulico & Camera Imp. mandata S. C. impetrari queant. v. Uffenbach. *c. 10. S. H. ſubſect. 1. n. 10.* Blum. *Proc. t. 34. §. 71. & 73.* ficut In ſummis J. judiciis mandata S. C. in cauſa legit. decernuntur.

Digitized by Google

ceſſus obtineat ſummarius, Carpz. *Proc. t. 1. a. 1. n. 46.* Brunnem. *Pr. Civ. c. 1. n. 16.* eum ibidem inſtituere, & ordinario regulariter præferre conſultum utique erit.

Primus Effectus, quando I. in teſtam. Parentum legitima relicta 1) tota & integra.

§. 3. Parentes relictâ liberis in teſtamento legitimâ de reliquis bonis Jure Civ. liberè diſponere poſſunt *L. 6. & 8. C. de inoff. teſt.* At Jure Fr. diſtinguitur inter naturales & unitos: hi ante diviſionem teſtari nequeunt de ſua tertia *O. P. F. t. 39.* §. *15.* rationes vid. ap. Wehn. *Conſ. 2. n. 15.* & Demer. *p. 2. diſſ. 5. n. 6 & 7.* bene illi. *§. 16. eod.* modò non de liberorum duabus tertiis diſponant, ſed tantùm de ſua tertia, hancque aut inter liberos, aut pauperes cognatos, aut Patronos ſuos, non verò inter extraneos diſtribuant. §. *17.* Wehn. *d. Conſ. 2. n. 5.* jung. Demer. *c. l. n. 10. & 18.* Niſi utrique, tam naturales quàm uniti Parentes legatum ad pias cauſas relinquant *all. tit.* §. *18.* aut bonorum ſeparatio ob morbum Parentum aut peſtem vel alia periculoſa tempora fieri nequeat *§. 19.* jung. *§. 20. eod.* aut Parentes liberis diviſionem obtulerint, ii verò hanc doloſè recuſârint, aut protraxerint. *§. 21.*

Secundus Eff.

§. 4. Liberi legitimam in teſtamento Parentum relictam ad quoscunque heredes transmittunt, utut ante aditionem deceſſerint

Tertius Eff.

Gail. *L. 2 O. 131 n. 12.* add. Mev. *p. 9. Dec. 193.* Iisdem ad legitimam conſequendam competit jus retentionis: interdictum quorum bonorum: remedium *L. ult. C. de Ed. D. Hadr. toll.* vid. Lauterbach.

Quartus Eff.

Compend. tit. de inoff. in fin. ibique Dn. Stryck. E contrario liberi, quibus legitima, nempe duæ tertiæ in teſtamento relictæ ſunt, Falcidiam à legatis detrahere nequeunt in Franconia *O. P. F. t. 69. §. 1.* add. Demer. *p. 3. diſſ. 9.* bene tamen alibi Klock. *T. II. Conſ. 33. n. 59. per cap. Raynut. &c. Raynald. X. de teſtam.* v. Gail. *L. 2. O. 121.*

2) Pro parte tantùm.

§. 5. Quodſi legitima liberis non ſit integra, ſed pars tantùm, ſive minor, ſive major, legitimæ tamen quantitatem non attingens, in teſtamento relicta, ad ſupplementum agi poteſt condictione *ex*

Eff. 1.

L. 30. C. de inoff. teſt. vid. *O. P. F. t. 48 §. 3.* Eaque actio, ut aliàs vocatur, ſuppletoria differt à querela in eo, quòd hæc quinquenniô, ea demum ſpatio 30. annorum præſcribatur Perez. *ad C. tit. de inoff. teſt n. 28.* item quòd querela ad reſciſſionem teſtamenti, illa verò ad conſervationem tendat Dn. Hopp. *ad J. d. t. §. 3. verb. ſi nihil.*

Eff. 2.

Ei verò, qui allegat, ſe non conſecutum integram legitimam, incumbit onus probandi Dunoz. *Dec. Rot. R. 321. n. 2.* Seraph. *Dec. 311.*

Eff. 3.

n. 18. Hinc quando filius de ſufficienti legitima adhuc dubius eſt, ad exhibendum ſcripturas hereditarias poteſt agere: juſtum enim intereſſe, quod ad editionem aliàs requiritur, habet, Dunoz. *in Dec*

Rot

Digitized by Google

Rot. R. 206. n. 3. & 4. Competit de cœtero liberis ratione ſupplementi hypotheca tacita in bonis defuncti Dn. Stryck. ad Laut. *tit. de inoff. verb. condict. ex lege.* add. Franchis *Dec. 373. n. 6.* Jus retentionis autem pro eo non concedit Angel. *dec. 157. n. 3.* Eff. 4.

§. 6. Quando nihil planè in teſtamento liberis relinquitur, illud vel rumpitur, vel nullum fit, vel ut inofficioſum impugnatur. 3) planè non.
Rumpitur, ſi poſthumus ignoranter ibi præteritus eſt Carpz. *p. 3. C. 9. D. 5.* Eff. 1.
Nullum fit liberis vel præteritis vel absque cauſæ additione exheredatis *O. P. F. tit. 48. §. 2.* Dn. Hopp. *ad J. d. t. in pr.* Eff. 2.
Inofficioſum redditur, ſi filius ex juſta cauſa exheredatus quidem ſit, eam verò heres ſcriptus probare nequeat Id. *c. l.* & Dn. Stryck. *in U. M. ff. eod. §. 4.* Atque hoc in caſu querelæ Inoff. locus eſt, quam ex inſtituto hîc exponere chartæ prohibet anguſtia, vid. interim B. Dn. Agn. m. Struv. *Ex. 10. per tot.* Eff. 3.
Illud non eſt reticendum, Jure Fr. contra teſtamentum actionem intra annum movendam eſſe, *O. P. F. t. 57. §. 1.* niſi quis peregrè fuerit, aut ex alia prægnanti cauſa, de qua Judex cognoſcat, impeditus §. 2. *eod.* Demer. *p. 3. diff. 3.* Eff. 4.

§. 7. Liberis in vita Parentum v. *§. 1. & 3.* integram ſuam legitimam, nim. duas tertias conſecutis nihil amplius debent Parentes *O. P. F. t. 30.* licet unus ex filiis legitimam ſuam diſſipaverit Amendol. ad Franchiſ. *dec. 133. n. 8.* Effectus, quando ll. in vita Parentum liberis data legit.
Eff. 1. ſed omnia ſua bona ad liberos indiviſos, e. g. poſterioris matrimonii, transmittunt. *tit. 76. §. 2. & 3.* Iis autem deficientibus in quemcunque ea transferre queunt teſtamento *tit. 39 §. 14.* quo tamen ceſſante ab inteſtato ſuccedunt liberi diviſi *c. t. 76. §. 1.*
Eff. 2. Quodſi Parentes majorem ex ignorantia vel errore ſummam, quàm Statuta volunt, legitimæ loco liberis exſolverint, id quod excedit, repetere poſſunt tanquam indebitè ſolutum *L. 7. de condict. indeb.* Wehn *Conſ. 105. in fin.*

§. 8. Inſignis etiam effectus datæ legitimæ eſt, quòd liberi propter iſtam bonorum diviſionem è patria poteſtate exeant & pro emancipatis habeantur *O. P. F. t. 39 §. 13.* Eff. 3.
ac de duabus tertiis ſuis liberè teſtari, Parentes verò planè præterire poſſint. *Ibid.* Eff. 4.
modò turpem perſonam non inſtituerint heredem *d. §. 13.* Quodſi ab inteſta-

Digitized by Google

ab inteſtato decedente ſuperſtes præter medietatem bonorum acquiſitorum itemque præter ornamenta, veſtes & ea, quæ in matrimonium,intulit, pro portione Statutaria lucretur quartam partem bonorum defuncti. *O. P. F. t. 88. §. 5. & ſeqq.* Secus ſi liberi per legitimæ perceptionem non ſint ſeparati: tum enim ſi liberorum quinque vel pauciores ſunt, ſextam, ſin plures, filialem portionem conſequitur ſuperſtes *tit. 89. §. 2. & 3.* niſi pactis dotalibus aut teſtamento aliud cautum *§. fin. eod.* jung. Demer. *p. 3. diff. 15.*

2) pro parte tantùm. §. 10. Quando Parentes pro parte tantùm, aut certè non integram legitimam liberis extradiderint, ſed bona quædam, quod inprimis circa pecuniam paratam frequentatur, in diviſione celaverint; liberi hoc probaturi audiuntur *O. P. F. tit. 33. §. 1.* probatione autem ipſis deficiente, Parentibus tamen ſuſpicione vel aperta vel probabili, de qua Judex cognoſcit, gravatis, liberi permiſſu Judicis Parentes eò adigere poſſunt, ut juramento obtineant, ſe in diviſione non doloſè verſatos fuiſſe, ſed omnia bona indicâſſe & diviſiſſe. *§. 2. eod.*

Eff. 1.

Eff. 2.

3) planè non. §. 11. Quodſi Parentes in vita ſua legitimam liberis planè non exſolverint, utut ad id fuerint obligati, ob mutatum v. g. viduitatis ſtatum; tum Parente ejusmodi defuncto liberi prioris matrimonii præter legitimam ſuam, nempe duas tertias, capiunt unam tertiam bonorum acquiſitorum, vid. *omn. tit. 77. ferè per tot.*

Eff. 1.

§. 12. Sed quid ſi filius legitimâ ſuâ indigeat, pater verò eam extradere nolit? Reſp. expeditiſſima & ſaluberrima via eſt, ut filius pro condemnando in legitimæ extraditionem patre Judicis imploret officium. v. *ſup. §. 2.* Quod ubi in libera & immediata *Urbe Imperiali Svinfurtenſi*, in qua vi peculiaris conſuetudinis, v. *c. 4. §. 18.* Pater ad ſecunda vota tranſiens liberis demum matrimonium ineuntibus aut alio neceſſitatis caſu legitimam ſubminiſtrare & exſolvere tenetur, fieri debet; libellus ſupplex mihi videtur hujus eſſe poſſe tenoris:

Eff. 2.

Hoch-Edle ꝛc.

EW. Hoch-Edl. Geſtr. und Herrl. geruhen ſich in unterthänigem Gehorſam vortragen zu laſſen/ was maſſen mein leiblicher Vater N. N. Anno 1700. ſeinen Wittibſtuhl verrücket / und von wegen ſothaner Handverbrechung ein richt- und rechtmäſſiges Inventarium aller ſeiner Haab und Güter / wie er denn zu Folge hieſig-uhralter löblichen Obſervance zu thun ſchuldig geweſen / noch ante conſummationem matrimonii poſterioris verfertigen laſſen / jedoch ſelbige

ßige bis dato gantz alleine genutzet und adminiſtriret. Nachdem mich aber mit deſſen Einwilligung A. 1704. gleichfalls in den Stand der Chriſtl. Ehe begeben/ mithin ein eigenes Hausweſen angeſtellet/ hierzu aber / wie auch zu beſſerer Etablirung meiner Nahrung und Profeſſion des von Rechts und Gewohnheits wegen mir bey ſo geſtalten Sachen auszuantworten ſchuldigen Pflichttheils höchſtbedürfftig geweſen; Als habe obernamten meinen Vater ůmb deſſelbigen Extradition bereits vor einem Jahr in kindlicher Ehrerbietigkeit anerſuchet. Wierwol nun der ohngezweiffelten Hoffnung gelebet/ derſelbe ůmb do lieber ſich hierzu reſolviren werde / als minder widrigen Falls weder meine mit deſſen Conſens einmal angefangene Oeconomie und Handthierung ehrlich und redlich fortzuſetzen / noch auch die hinkünfftig zu præſtiren ſtehende Oberherzl. Gefälle ſo willigſt als ſchuldigſt zu entrichten fähig und vermöglich ſeyn kan; So habe nichts deſtoweniger ein gantz anders erfahren / und nicht allein aus ſeinem Mund zum offtermalen/ ſondern auch ab deſſen vor etlichen Wochen an mich erlaſſenem Schreiben/ laut angeſchloſſener Copey ſub N. 1. deren Original bedürffenden Falls in einem dazu anzuſetzenden Termin Gerichtlich zu produciren erbietig / ein ſolches zu meiner gröſten Disconſolation abnehmen müſſen / wie daß es ihme mit den zukommenden Kindstheil heraus zu geben noch nicht anſtändig wäre.

Wenn denn/ Hochgebietende Herren und Obere/ aus dieſem allen klar erhellet/ daß in der ſo lang von mir tentirten Güte nichts mit meinem offtgedachten Vater auszurichten / gleichwol aber ſo wol die beſchriebene Fränckiſche Rechte / als und ſonderheitlich dahieſige Statuten und Gewohnheiten denen zur andern Ehe geſchrittenen Eltern/ mit ihren verheyratheten und ihr eigen Gewerb treibenden Kindern die Grundtheilung vorzunehmen / und ſo dann ihnen die zugefallene Portion würcklichen auszuhändigen/ unter andern wolbedächtlich aufferlegen/ mir auch ohne deren Darreichung der äuſſerſte Ruin, wie nicht weniger jetzt angezogenem guten Herkommen eine ſchädliche Conſequentz von andern gegen ihre Kinder erſter Ehe übelaffectionirten Eltern darob zuwachſen kan; Als erſuche Ew. Hoch-Edl. Geſtr. und Herzl. in tieffſchuldigſtem Reſpect, Dieſelbe ab ſothanen erheblichen

gen Termin anzuberaumen Hochg. geruhen mögten. Deſuper nobile Dn: J dicantium officium de omni meliori modo implorando &c.

Tranſitio. §. 13. Tantum de Effectibus. Singulis enim remediis ſive actionibus ſupplicem libellum addere, ſupra modum Differt. eſt. Vid. interim. Blum. *Supplic. Camer. tit. 8. num. 97. & 104.* ubi formulas ſupplic. pro obtinenda legitima & alimentis, Cameræ oblatas ſiſtit. Nunc Contraria Legitimæ indicanda ſunt pauciſſimis.

II. Contraria. §. 14. Ceſſat I.) Legitima filiô juſtè & legitimè exheredato, quæ exheredatio etiam in feudis, limit. novis, obtinet prævïô domini conſenſu B. Dn. Agn. m. Struv. *S. J. F. c. 12. th. 8.* Cauſæ exheredationis Jure Franc. obtinentes recenſentur in *O. P. tit. 50. §. 1. & ſeqq.* Exprimenda verò non ſolùm à teſtatore cauſa exher. ſed ab herede ſcripto etiam probanda *d. t. 50. §. 14.* add. Perez. *ad C. tit. de inoff. teſt. num. 24.* II.) Si pater Criminis Læſ. Maj. reus & damnatus fuerit. *L. 5. §. 1. C. ad L. Jul. Maj.* ibique Brunnem. III.) Confectione Inventarii à liberis omiſsâ Dn. Stryck. *C. T. cap. 12. m. 2. §. 2.* vid. tamen Gail. *O. 138. L. 2. n. 14.* Tum enim detractio legitimæ præſumitur, maximè ſi alienatio rerum hereditariarum acceſſerit Angel. *Dec. Rot. R. 128. n. 9. & Dec. 181. n. 27.* niſi contrarium ab ipſis doceatur, cujus probatio iis incumbit. Id. *n. 10. & n. 30.* Ubi tamen jurata ſpecificatio loco Inventarii obtinet, aliud dicendum Dn. Stryck. *d. l.* IV.) Præſcriptione, quando ſcil. querela Inoff. quinque annorum ſpatiô v. *L. 8. §. 10. ff. de inoff.* Laut. *Comp. d. t.* & actio ſuppletoria intra 30. annos, Gail. *L. 2. O. 120. n. 7.* non eſt inſtituta. V.) Subſtitutione pupillari liberis impuberibus factâ Perez. *d. l. n. 41.* Dn. Stryck. *c. 17. m. 3. §. 6.* quæ Jure Fr. non ſolùm à patre, verùm etiam matre & avia fieri poteſt, ſed in illis tantùm bonis, quæ ipſæ reliquerunt O. P. F. *tit. 45. §. 5.* VI.) Si filii purè heredes inſtituti unam hereditatis partem pro legitima retinere, aliam verò repudiare velint Dunoz. *in Dec. Rot. R. 163. n. 14.* Idem de filio ab inteſtato ſuccedente Angel. *Dec. Rot. R. 165. num. 11.* VII. Renunciatione legitimæ aut totius hereditatis factâ Dn. Stryck. *d. c. 17. m. 3. §. 9.* modò fuerit ſpecialis Cævallos. *Comm. Opin. qu. 779. n. 139.* Generalis autem non ſufficit Gail. *L. 2. O. 119. n. 8.* niſi ſit jurata Knipſch. *de Nobil. c. 12. n. 134.* Seraphin de Seraphin. *Privil. juram. 101. n. 11.* modò denique renuncianti dos ſit conſtituta Brunnem *C. 3 Dec. 43.* Knipſch. *d. l. n. 106. jung. n. 121. & 144.* VIII.) Cautelâ Socini adhibitâ, circa quam multa adnotari poſſent: Sed cùm brevem tantùm Differt. texere animus ſit, filum nunc rumpo. Vid. inter. Dn. Stryck. *all. m. 3. §. 15. cum ſeqq.*

SOLI DEO GLORIA.

Digitized by Google